R 8442
2 Bde.

Acquired with the aſſiſtance of the

Sophia Augusta Brown

Fund

JOHN CARTER BROWN LIBRARY

EUROPÆ ARCANA MEDICA

ID EST:

COLLECTANEA PHYSICO-MEDICO-PRACTICA

EX EPHEMERIDUM GERMANIÆ NATURÆ CURIOSORUM CENTURIIS ET ACTIS STUDIOSE IN COMPENDIUM REDUCTA ET CONSCRIPTA

IN QUIBUS

Omnia experimenta, remedia polychreſta & ab experientiſſimis Europæ Archiatris Profeſſoribus ac Medicis Clinicis annotata, uſu confirmata & conſignata in phyliatrorum & practicantium commodum recenſentur & tomum II. conſtituunt.

STUDIO

SALENTINI ERNESTI EUGENII COHAUSEN

Phil. & Med. Doctoris C. F. & Archiatri Treviro-Confluentini Acad. G. N. C. ſocii &c.

Medicamenta tum earum ſimplices Facultates tum ſi quæ deſcriptæ ſunt; probe NB. tibi memoria teneantur, in animi etiam notione reponantur; quæ ad morborum curationem pertinent, eorumque modi, quod, & quo modo in ſingulis ſe habeant; hoc enim in re medica principium, medium & finem obtinet. Hippocrates *libro de decenti habitu.*

VOLUMEN IIdum

FRANCOFURTI & LIPSIÆ

Ex Officina KNOCH-ESLINGERIANA

MDCCLX.

Eſt inſuper quod commoneam, ut, quæ legendo, audiendo, experiundoque notatu digna cenſebitis, ſtatim ad memoriæ ſubſidium jam inde ab adoleſcentia in commentarios certa ratione, apum imitatores, digeratis, eæ namque ex vanis floribus ut Virgilius cecinit

Puriſſima mella
Stipunt & liquido diſtendunt nectare cellas.

Ita enim non Phormiones diſputando, ſed morbos debellando Annibales evadetis. Jo. Mar. Lanciſius *oper. tom. 2. diſſert. 1. §. 31. p. m. 224.*

RPJCB

ILLVSTRI, NOBILISSIMO
ET
EXCELLENTISSIMO VIRO
DOMINO ANDREÆ
ELIÆ BVCHNERO
Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Archiatro
& Comiti Palatino, S. R. I. nobili, inſtitutionum medicarum in perantiqua Gerana Profeſſori publico & Facultatis Medicæ
Aſſeſſori &c. &c.
NEC NON
EXCELLENTISSIMO
CLARISSIMO, EXPERIENTISSIMO
SAPIENTISSIMOQVE VIRO
D. CHRISTOPHORO
IACOBO TREU
S. R. I. nobili, Comiti Palatino, Sereniſſimi Marchionis Onoldino-Brandeburgici Archiatro & Conſiliario aulico, Reipublicæ Norimbergenſis Phyſico ordinario, Academiæ
G. N. C. & Commercii Litterarii Phyſico-Medicotechnici Directori Meritiſſimo
UT ET
omnibus & ſingulis
conſummatiſſima doctrina
acerrimo judicio
atque incomparabili rerum phyſicarum
ſcrutinio ac experientia

Illuſtribus Dominis Adjunctis & Collegis
Generoſis, Magnificis, Prænobilibus
Clariſſimis Excellentiſſimisque Viris
Patronis, Fautoribus & amicis
æſtumatiſſimis
cum omnium actionum proſperi ſucceſſus
longævæ incolumitatis
perpetuæque felicitatis
voto
hoc compendii ſchediaſma
inſcribit
atque ea qua par eſt devotione
offert, dicat, & conſecrat

CLEONBROTUS SECUNDUS.

ILLV-

ILLUSTRES, MAGNIFICI

ET

EXCELLENTISSIMI DOMINI,

Præſens levidenſe opuſculum tanquam apis ex eruditiſſimorum omnique exceptione majorum obſervationum veſtrarum Phyſico-Medicarum amœniſſimis & copioſis floſculis impigro labore horis ſubciſivis in hoc apiarium congeſtum, aut fortaſſis rudi minerva in compendium redactum, ſi aliis, quam vobis Viri Excellentiſſimi tanquam ejusdem primariis & veris Authoribus vellem, non poſſem, ſi poſſem nollem tamen inſcribere & offerre, cum nemini quam Vobis de jure debeatur, vos

enim Academiæ Cæſareæ G. N. C. Præſes, Director cæterique Proceres ex omni Europæ angulo tranſmiſſas obſervationes Phyſico-Medicas artem illuſtrantes & ſtabilientes non duntaxat in acervum colligitis, ſed ſimul in certum & regularem ordinem diſpeſcitis, atque ſicut urſus informem & immaturum pullum lambendo perficit, ita vos corrigendo & commentando ad perfectionis acmen perducitis, porro & vos per Europam diſperſos Archiatros, Profeſſores, Phyſicos & Polyatros tanquam hujus magni collecti theſauri Medico practici genuinos Patres merito agnoſco & veneror, atque pro publico grates rependo quam maximas, qui id, quod fida quemvis repetita docuit experientia pro incolumitate publica palam facere non recuſaſtis,

quod

quod laudabile cœptum ſub glorioſis auſpiciis immortalis Cæſaris LEOPOLDI primi & magni inchoatum & hucusque feliciter & fructuoſe continuatum quantum reipublicæ Medicæ & politicæ attulerit emolumentum, urbi & orbi ita notum eſt, ut deſuper tanquam de re manifeſta tacere, quam fuſius diſcurrere ſatius ſit, quod opus cum ego ſemper venerabundus adamaverim, ac in votis habuerim ut in omnium practicorum proſtaret Bibliothecis atque nocturnis, diurnisque volveretur manibus, neque tamen apud practicos ob pretium & raritatem tam frequenter inveniri cognoſcerem & dolerem; Veſtigia Domini Nepotis mei premens ad ipſius normam illud quod in vaſtis proſtat Actorum G. N. C. voluminibus in hoc compendium ad commodiorem phi-

liatrorum uſum redigere conatus ſui & hic ſiſto, cum igitur, quæ præſento, non mea ſint, veſtra accipite dona, Theſauros agnoſco veſtros fonteſque bonorum, qui largi, qui fœcundi, lateque per orbem, donec ſol erit atque ardebunt ſidera cœlo, perpetuis *ut opto & ſpero* current rivis. *Hinc tutelæ veſtræ ſubmitto & commendo, Altiſſimum humillime implorans & adorans, ut vos omnes & ſingulos ſoſpites quam diutiſſime, atque omnis proſperitatis, felicitatiſque affluxu cumulatim beare dignetur; ita ſperat & ex corde vovet*

CELEBERRIMORUM NOMINUM
VESTRORUM

Confluentiæ ipſis Calendis
Februarii MDCCLX.

Cultor perpetuus

SALENTINUS ERNESTUS
EUGENIUS COHAUSEN.

PRÆFATIO.

Actum agerem, ſæpiusque coctam crambem recoquerem, ſi collectionis neceſſitatem aut annotationis diligentioris utilitatem vel excerptorum commodum multa ſed inani & ſterili verborum periphraſi fuſius deducere, probare vel corroborare intenderem,

ſola ratio ſufficit: quod humanæ memoriæ infirmitas & debilitas memnoſino egeat, & exiget: alias vix poſſibile eſſe videtur, ut ea, quæ in diffuſa arte indies prædicamus, elaboramus, videmus, obſervamus vel legimus absque ſubſidiis Tabellarum in memoria nobis quaſi præſentia habere poſſimus; miratus hinc ſæpius fui, imo obſtupui, cum nonnullos Medicos practicantes & ſubinde celebres viderim, quibus nulla, niſi forte alicuius Rapſodiani erat librorum ſuppellex, non ultra Zwingeri, geſchwinder, vel Baumlari mitleidiger artz, aut Woytii Gazophylacium ſapiebant; in his libris quod non reperiebatur, illud vel non eſſe, vel ſaltem ſcitu non neceſſarium credebant; novi magnæ abollæ virum, quem fama ultra meritum per regiones celebraverat, qui integram ſuam bibliothecam ex præfato Zwingeri opuſculo conſtantem in marſupio circumferebat; nummos & divitias colligere melius quam conſilium medicum aptum dare didicerat; fama tamen & opinione

ne Medicus erat, non omine ſed nomine, nec ſpe ac re ſed ſpecie; & fortaſſis fraude magni & fortunati Medici nomen apud populum acquiſiverat; aliter autem judicant ſapientiores, qui cum Hippocrate agnoſcunt artis longitudinem, vitæ brevitatem, occaſionis præterlabentis celeritatem, experimentorum periculum, & judicii difficultatem. Antiqua eſt paræmia: haurit aquam cribro, qui diſcere vult ſine libro; poſſibile vix eſſe opinor, ut Medicus Chinicus ſine libris, ſine lectione, ſine continuo ſtudio, & diligenti exercitatione aliquid boni viro conſcientioſo dignum publico ægrotanti & egenti præſtare valeat, non quivis omnia videre & experiri potuit, & juniori præprimis clinico indies caſus occurrunt, nova phœnomena apparent, quæ nunquam vidit, nec audivit, neque in rapſodio a præceptore obiter dictato reperiuntur, hinc utile, imo neceſſe eſt, ut mutuos doctores in iis eventibus ſcilicet libros conſulat, & quid faciendum ſit

ex

ex iis diſcat, non quidem ex omni parte probo aut laudo Bibliomaniam (cujus quidem me Tincturam aliquam non ſine magno crumenæ meæ diſpendio habuiſſe lubens fateor, verum nondum pœnituiſſe lætor) neque volo, ut quivis Medicus numeroſam & prodigioſam acquirat librorum ſupellectilem, ſed ut cuivis ſelecta, atque ad uſum ſui officii neceſſaria ſit, eſt quod intendo, non ſit ad oſtentationem ſed ad neceſſitatem, non viſui ſed uſui, bibliotheca, non duntaxat numero & quantitate ſola ſuperbiat; quemadmodum Acutiſſimus Rabnerus *in ſatyris* narrat, quendam a bibliopola aliquot librorum ulnas exegiſſe, ut vacuum locum adimpleret, qui parum erat ſollicitus cujus eſſent tenoris, uſus, aut utilitatis, ex eo contentus & ſibi gaudens, quod pulchre compacti locum vacuum eſſe non ſinant, & iis placerent, qui cum ſuo conſymbolizarent judicandi modo quales pro dolor non pauci reperiuntur qui vel docti apud igno-

rantes

rantes (nam ad populum phaleræ) videantur, libros emunt, in ordinem pulchrum diſponunt, ſed præter titulos, nec noſcunt, nec legunt, atque pulveri, blattis, tineisque edendos & conſumendos intactos relinquunt; falluntur & fallunt hi quam maxime, non enim docti naſcimur, multo minus experti, & cum omnia ipſimet experiri nequeamus, neceſſe eſt, ut aliorum fidamus experientiæ, & fidæ ſimus fideles imitatores; væ enim ægrotis, ſi quivis neo - doctor, in univerſitate ut fungus nocte natus unica, tam diu de corio humano ludere velit, donec propria experientia didicerit; *ſeris* nam *venit uſus ab annis*; non ſufficit per vias aberraſſe, de domo in domum cucurriſſe, ad lectos ægrotantium citra ullam neceſſitatem ſed ſpe tantum majoris ſoſtri frequentem eſſe; celeri calamo quaſi canis ex nilo *Recipe* in chartam ſine judicio & ratione conſcripſiſſe, & per repetitos inutilesque viſitationes diligentis famam acquiſiviſſe; tales

les merito devitandi ſunt (niſi hodierno tempore ita comparatum eſſet, ut pars maxima mortalium cum multis inſanire magis, quam cum paucis ſapere diligeret) qui quidem ſatis ſeduli, ſed parum docti multos officioſe occidunt, cui ſuperaddo monitum quod Jacob. Catz *ex epiſtol. Bernard. Sylveſter.* adducit: *fuge Medicum ſcientia plenum* (adhuc magis vacuum) *& exercitio non probatum, fuge Medicum ebrium, cave Medicum NB. volentem in te experiri, qualiter alios ex ſimili morbo curabit* &c. fateor ſupra captum meum eſt, qualiter plures, quos ſolum auro vel argento fimbriata veſtis longa pulvere odoro gravida & per humeros fluens cæſareos, cum affectata quadam authoritate, loquendi non tam affabilitate quam temeritate ac multiloquio nulla vero ſcientia commendat, tute & adhuc cum publici ſubinde elogio praxin tam ſpinoſam tamque periculoſam, in qua non de glande legenda ſed de ſanguine humano agitur, exer-

cere

cere audeant, notum pro dolor nimium eſt, quam variis differentium opinionum procellis a tempore Hippocratis hucusque agitata fuerit ars Medica, notum eſt, quam pulchra detecta factaque ſint inſtructiva experimenta Phyſico-Medica, quæ artem illuſtrarunt, & per actus repetitos experientiam firmarunt; vt jam non tota conjecturalis dici queat; prudenter ait *Lanciſius in epiſt. ad Cochium p.* 26. Medicina *eſt quoddam experimentalis prudentiæ genus, quæ vix doceri ab vllo poteſt: tota fere ſedulo peritoque artifice in arena ipſa invenienda, & tractanda eſt.* id eſt: ratio prudens, acre judicium, diligens ſtudium, multa aliorum obſervatorum lectio, repetita applicatio, expertum, cautum & ſapientem conſtituit Medicum, male hinc illi imo peſſime & doloſe agunt, qui, quoniam cœco caſui morborum eventus relinquunt, pharmaca a ſe aliisque uſu uti putant comprobata divendunt, & ſine cognitione vel morbi ipſius, vel temporis, vel virium ægroti

groti ad unum pedem ligneum omnium pedes metiuntur, empirici & quidem omnino irrationales dici ſolent, enim vero non *exercitio ſaltem, & experientia* ait Plato, *ſed etiam arte opus eſt, ſi medicamenta & alimenta exhibendo ſanitatem & robur addere velis.* Requiritur ergo, ut Medicus Clinicus ſolius praxeos exercitio intentus non ſolum rerum notitiam acquirat, ſed ſimul debitum applicandi modum addiſcat, hanc ſcientiam ſi ſibi familiarem fecerit, ex obſervationum fidelium non fictarum (quales ferula dignus Zacutus Luſitanus plures conſcripſiſſe dicitur) ſedula lectione, & accurata eorum annotatione, quæ aut ob- aut profuerunt, ingentem utiliſſimæ ſcientiæ congregabit theſaurum, tanto magis ſi lecta vel obſervata in adverſaria redigere non pœniteat, quod quidem a ſtudii mei incunabilis facere a fido præceptore crebro admonitus fui, & vix unquam neglexi, aſt majore ordine, & accuratiori continuatione, cum ſtimulum mihi quaſi addidit Cl.

Joſe-

Joſephus Antonius Cohauſen meus ex amantiſſimo glorioſæ memoriæ patruo æſtumatiſſimus Nepos; qui ex diffuſis ephemeridum G. N. C. codicibus experimenta ad praxin clinicam præprimis utilia pro privato quidem uſu uſque ad annum 1712, quo ephemerides ſubſequas ſocietatis hujus præſes in centurias diſpeſcuit, ſedulo in compendium redegit collegitque & ſub rubrica *Europæ Arcana Medica* Anno 1757 publici juris fecit, ne vero opuſculum mancum maneret, egoque per plures ſæpe hebdomadas aulam comitatus a bibliotheca mea & profundo ſtudio ſeparatus ruri degens non haberem quod agerem aut meditarer, nec tamen complicatis manibus otioſus quieſcere, aut inter ſolas aulæ delicias tempus ſteriliter terere percuperem, hunc pro otio laborem ſuſcepi, atque ubi D. Nepos deſinit incepi & quod hic præſto eſt compendium practicum conſcripſi, ſuperaddidi ſubinde leves meas reflexiones & monita practica.

quem laborem tanto magis proficuum & lectori, ſi non omni ſaltem multo, gratum fore autumo, cum non omnium crumena aut etiam curioſitas ferat, ut pretioſa illa opera jam vix ære comparanda emat; neminem vero tam rudem fore opinor, ut cuncta enarrata remedia pro arcanis atque in omni caſu infallibilibus teneat; plurima paſſim ex individuali obſervatione magnis mactantur in libris encomiis & hyperbolicis non infrequenter laudibus, de quibus tamen paſſim dubitari poſſet, num æger adjutorio naturæ vel medicinæ aſſumptæ convaluerit; errunt haud raro viri cæterum doctiſſimi & quidem ex philautia, cum, ſi porrecto pharmaco æger melius habere incipiat, illum effectum cum vulgo ocyus ultimo adſcribant remedio, & hinc ſummopere ultra meritum deprædicant, & in tabulis annotant; reminiſcor ſæpius in ſonticis caſibus, nempe febribus acutis cum omnia ſymptomata in acme erant, nam nox

quæ

quæ præcedit criſin ſemper gravis, alium pro adjuturio advocatum medicum, ſimplex quoddam præſcripſiſſe adiaphorum, & omnem feliciter factæ therapeiæ laudem reportaſſe, priore (qui tamen prudenter, circumſpecte & patienter per totum morbi decurſum curandi methodum direxerant, & omnia ſecundum artis regulas diſpoſuerat) non ſine tædio & famæ ſuæ diſpendio dimisſum imo culpatum fuiſſe, quaſi quid neglexiſſet, ignoraſſet, aut a ſcopo aberraſſet ac peccaſſet; felix hinc in talibus occaſionibus dicitur Medicus qui circa criſeos tempus vocatur, ſi moriatur æger, excuſatur, quod ſerius quam par erat vocatus fuerit, ſi reconvaleſcat, gloriam reportat a vulgo, qui non niſi de ultimo facto judicat, quod ſolus & ſubito ſanaverit ſubinde pauco pulvere vel unica mixtura, quæ præcedens tot cautelis, totque remediis in vanum torſit; vulgi hic quidem error eſt, in quem quoque e ſcholis adhuc calentes pra-

xinque amplam jam affectantes, qui non niſi in cathedra ægros curatos audiverunt, facile delabuntur, cum enim intrinſecam morborum, effectuum, & remediorum cauſas ignorant, plus fidunt elogiis & remedio effectis viribus, quam realiter inſunt, aut inhærere poſſunt, qualiter deluſi & nimis creduli id pollicentur, quod nulla arte multoties præſtare & efficere poſſunt, ut verecendo rubore ſuffuſi & confuſi ægrum incuratum aut dimittere aut morientem videre cum pudore ſæpiſſime cogantur; ut remedium probatum & expertum in pluribus ſibi ſimillimis caſibus (univerſale enim non ſuppeditat Natura) dici mereatur, requiritur ut repetitis vicibus tamen adæquate uſurpatum ſemper idem præſtet, & easdem exſerat vires, quemadmodum conſtat corticem peruvianum febres fugare intermittentes, & jalappam ſerum expurgare & ſic porro; dein in felici & bono practico requiritur præter rerum notitiam & experientiam acu-

tum

tum judicium, ſcilicet probe noſcat, & prudenter diſtinguat ac judicet cum fundamentali ratione, an illud, quod ab aliis laudatur atque tanquam non fallens commendatur, in hoc ſubjecto & hoc tempore conveniat, & præterea applicatu poſſibile ſit; non ſine repetito cachinno lepidi caſus & ſtulti conſilii recordari poſſum: in ſpectabilium atque expertorum Doctorum ampliſſimo conſeſſu ſerium circa ægrotum quendam furioſum agitabatur conſilium; homo hic erat vini potui diurno & nocturno præprimis addictus, hinc ſemper ebrius, plethoricus præterea, oculi ſcintillabant, lingua tumebat, & quaſi quid anginoideum ſubeſſe videbatur; hinc junior exſurgens Medicus præcoci conſilio ſectionem raninarum hic non duntaxat proficuam, ſed ita neceſſariam eſſe perorabat, ut ſine hac operatione illum certo ſuffocatum iri vaticinaret, (qui tamen ſolius aquæ nitratæ, cum omnia medicamenta reſpueeret, nec vi ad phlebotomiam bra-

chii vel pedis cogi poſſet, potu pulchre convaluit) alto riſu excipiebam murinum illud conſilium appellans, narrabam ex Æſopo hiſtoriam: felem valde timebant per omnem terram mures, ut qui magnum ipſis adferebat luctum nec minorem ſtragem hic *pſicharpax* & *troparta* totum caudatum genus in cavernis anxie delitеſcens ad comitia convocabat, ut de rebus arduis tractarent, conſiliumque maturum inirent, qualiter ſuo generi proſpicere, & tutamen procurare posſent contra inſidioſum & inimiciſſimum cattum, ad mandatum tanto promptius comparebant, cum de cujuslibet ſalute & ſecuritate publica conſultandum eſſet; negotium arduum agitabatur in partes, afferebantur pulchre excogitata & marino ingenio digniſſima conſilia quomodo tam frequenti atque exitium omnimodum minanti periculo obex poni poſſet, votorum ordo devolvebatur ad *lymachylam*, hæc ſibi de pulchro invento modo tacite applaudens perorare

inci-

incipiebat, & cum quadam authoritate dicebat, omnium optimum & non fallax medium toti murium cœtui ſecuritatem certam conſtituens fore, ſi inſidioſæ feli de collo ſuſpenderetur campanula, cujus motu & ſonitu etiam laneis pedibus adrepens ſe proderet, obambulantes moneret ut ſe celeri fuga in cavernoſa ſua munimenta catto inacceſſibilia abſconderent, placebat conſilium, ſubſultabant, & ſe deinceps tutos evagari poſſe ſibi modo abblandiebantur, verum ſedato tumultuoſo pauliſper gaudio *pernotracta* anxie ſciſcitabatur; ſed quis tintinnabulum rabioſo & furenti appendet feli. obſtupeſcebant ad quæſtionem omnes, nemo erat qui vel tentare auderet. ſupervacaneus eſt affabulationis prolixior commentarius, annon Machaonis noſtri huic parallelum eſt conſilium; idem effectus, idem exitus; per jovem, quis ſanæ mentis viro furioſo, qui nullis catenis, ne dicam minis coerceri poteſt raninas temerarie fecare tentabit;

dubito an ſimile conſilium matre ignorantia natum riſu, vel commiſeratione aut exploſione & caſtigatione dignum ſit; non minori ludibrio ſe exponebat *Radymus* ruralis practicus, hic vocabatur ad officialis cujusdam puerulum ex dentitione difficili epilepticis tentatum convulſionibus, ſollicita mater modo tum pulverem epilepticum Marchionis, ungulam alcis, cranium humanum, tum illuſtris cujusdam familiæ arcanum ex lingua truttæ & lumbricis 🜃bus conſtantem pulviſculum in aqua hirundinum aliquoties porrexerat, enema injecerat, gingivas leporis cerebro fricaverat, ut advenienti & turbato medico fere nil ſupereſſet quod moneret; pauliſper autem ſuſpenſo animo & meditabundus exclamabat: utinam mihi modo eſſent ranorum viridium quinta eſſentia (legerat ni fallor in *Joh. Poppii* hodegetico-chymico) paucis granis hanc & omnem convulſionem tollere & curare vellem, ſubridens infantis pater reponebat: ſi illud tantæ

energiæ

energiæ ſit haud fallens arcanum, cur non ſecum circumfert, & quæſo ex quibus ranis, an ex viridibus qui in piſcinis coaxare ſolent, an illis, qui arborum foliis inhærent, pluviamque cantu ſuo præſagiunt? & plura alia per jocum oggerebat; atque ſupervenientes ex cariſſimi filii obitu lacrymas ſtolidus Medici abſtergebat ſermo, & longo tempore diſcurſus & riſus anſam dedit.

Ego quidem ultronee fateor non ſum magnus arcanorum patronus, amator, zelotes, defenſor aut ruſpator, nam ſi ſimile quid ad meam devolvatur notitiam, ex quo utilitatem quandam publicam naſci poſſe autumo, illud omnibus & ſingulis, quorum intereſt amore proximi revelare & docere non detrecto, arcani vis non tam in remedii inventione quam ejusdem debita applicatione mihi conſiſtere videtur; interim negari nequit, quod ut ait *Helmontius* pauca ſint, quæ medicum nobilitant, & ſi quod-

 dam

dam remedium per frequentes uſus probatum idem ſemper præſtet, vel ſaltem utplurimum proſit, id tum jure in cenſum euporiſtorum, quin arcanorum ſic dictorum expertorum poni poſſe & debere; cæterum ſuperabundamus pretioſis pompoſisque ſplendidisque titulis ſuperbientibus compoſitis ad nauſeam dilaudatis & deſcriptis, ſed raro fidem ſervantibus, ut proin non vanus labor foret, ſi hoc Augiæ ſtabulum ſcilicet pharmaciæ noſtræ repurgarentur; querelas has ſæpius audivi, ſæpius legi, imo ipſus movi, verum hactenus nondum ſurrexit, qui herculeum hunc laborem ſuſcepit; imo valdè dubito, num apte fieri queat, ſuo enim quivis abundat ſenſu, timeo equidem ne ſeverior cenſor omnia fere rejiciat, ac, ut ajunt, puerum cum balneo effundat; ita magnus Breslaviæ in Sileſia Machaon omnia abſorbentia oſtracodermata tanquam futilia imo nocua rejicit, quæ tamen antiqua praxis, Ettmulleriana & aliorum

expe-

✠ ✠ ✠

experientia tantopere extulerat; quin adhuc adductis rationibus nondum convicti multi potius medici eſſe nolint, quam his præſidiis carere. Qui moderatius viam mediam calcare intendet, vereor ne hic plurima relinquat a multis inter abſurda reponenda; quamuis obſervatio vel ipſo teſtante *Lentilio* in *Jatronemat.* indies doceat, quod per abſurdiſſimas ſubinde compoſitiones temerarius empiricus vel Mulomedicus talia efficiat, quæ cautus, circumſpectus, timidus & conſcientioſus etiam doctus practicus nec ſperare quidem auſus fuit; non igitur omnes illæ antiquæ compoſitiones quamvis ad guſtum modernum non concinnatæ tanquam ſteriles, inutiles, futiles, inanes, & abſurdæ deridendæ aut excludendæ veniunt, millena adduci poſſent exempla, quorum uſum ratio non produxit, attamen non fallax ſæpius comprobavit experientia, in *diſpenſatorio Auguſtano* p. 76 antiqua proſtat compoſitio: *Confectio Hamech* dicta,

quæ

quæ Meſuen agnoſcit authorem de qua Frid. Hoffmannus *medicin. ſyſtemat. tom.* 2 c. 4 § 12 *p.* 242: hæc *cum unguento de althea plantis pedum impoſita ad alvum pertinaciter adſtrictam reſerandam vix habet ſui ſimile.* quod hic narrat Hoffmannus, me praxis non ſemel docuit, ridiculum aliquibus hoc tentamen viſum fuiſſe non ſemel audivi, verum deſperatus caſus omnibus fruſtranee adhibitis ſæpius etiam Viros verſatiſſimos id tentare & imitari jubet, quod ratio cæterum non dictavit; atque haud raro ſaluberrimos effectus (quorum ratio niſi a poſteriori vix reddi poterat) inde ſubſecutos fuiſſe practici cum rubore compererunt. multoties remedia domeſtica, empirica, aut etiam antiquæ galenicæ informes & tumultuariæ ut ita dicam compoſitiones, quibus longa ſerie dulcia, amara, ſalſa, alcalica, acida &c. immixta ſunt ſuo prorſus uſu non ſunt defraudandæ, quod ſequela probat. Theriaca Andromachi,

chi, theatrum quaſi omnium diabolorum complectens in ſe fere totam materiam medicam apud vulgus in magno æſtimio proſtat; rident quidem non nulli Medici, eamque prorſus everrunt & excludunt, attamen vulgus indies ab ejus uſu laudabiles non fictos aut imaginarios ſed reales experitur vires. *Joannes Georgius Walther* quondam practicus Ligniceniſs ſylvam medicam conſcripſit, in qua ex antiquiſſimis authoribus experimentorum pulcherrimam fecit collectionem (utinam ſimilis ex neotericis & recentioribus exſtaret) ad quæ ſubinde famoſos & expertos practicos in caſibus arduis, cum ſecundum conceptam theoriam excogitata & excocta nil proficerent, cum fructu recurriſſe recordor; compilationes ejuſmodi inſtruunt & utiliſſimæ ſunt; pulchre monet Drexelius *Aurifodinæ ſcientiarum part.* I. *c.* 10. *p. m.* 118. quæ hæc *obſervatio eſt, quæ nihil in adverſaria, nihil in ſcrinia recondit, quæ oblivione & ventis*

ſpargit,

ſpargit, ſi quid boni ſeminis repertum, annotationes litterarum ſupellectilem parant, hæ ſeriam eruditionem conciliant, quod enim nec memoria, nec ingenium confert, id notæ dant liberaliter. Nullus quidem inficiabitur, quod compendia ſæpiſſime evadant diſpendia, aſt non omnium crumena ita nummis turget, ut pretioſa quævis opera acquirere queat, atque ob praxin curſoriam plurimorum otium non permittit omnia legere; ſufficit his in labilis memoriæ ſubſidium, compendium quale primo ad proprios dein publicos uſus ſed

Non hoc ingenio, non hoc componimus arte
Materia eſt ſcriptis ingenioſa bonis.

nihil rhetorice, nihil phraſeologice deduxi, ſed ſolum nucleum extraxi, locumque fideliter ſemper allegavi, ut curioſior fuſiorem deductionem & circumſtantiarum notamina legere exoptans ex fonte ipſo purius haurire

& facile reperire valeat. laconice ſubjunxi aliquoties mea obſervata experimenta, aut reflexiones practicas, atque pro colophone a prædeceſſoribus meis in hujatem uſum introducta aliquibus adhucdum familiaria ſuperaddidi, quorum notitia & ſcientia iis præprimis grata & utilis evenire poteſt, qui his in regionibus ſuo tempore felices practici cluere amant; ſi enim cum iudicio practico (quod ætas generare ſolet, per repetitos namque actus acquiritur habitus) in loco & tempore debito hæc quispiam applicare & cum prudentia uti didicerit, nullus ambigo, quin multi ex his notaminibus & obſervatis pulcherrimos fructus carpere poſſint, quod, ut in emolumentum tot ſub Morbonæ jugo gementium fiat, eſt quod animitus precor & ſpero. Cæterum ipſus agnoſco, & ſerius quam decuit obſervavi, quod plurima adhuc monenda reſtent, quibus male interpretantium criſin aut dicam antevertere, & cœptum hoc meliori faci-

faciliorique fortaſſis methodo inſtituere oportuiſſet. Aſt conſilium etiam optimum poſt factum ſterile & inane eſſe ſolet, hinc pro ut eſt, mecum fruere.

Qui legis iſta, tuam reprehendo, ſi mea laudas omnia, ſtultitiam, ſi nihil, invidiam.

Owenus *lib.* 1. *epigr.* 2.

Adiutorio Altiſſimi.

Hydrops pectoris feliciter curatus.

à J. J. Fr. Vicario.

Ad graviſſimam Reſpirationem ſublevandam diureſinque promovendam ℞. ∇ cinamom. ℥ß. Syr. de hy ſſop. ℥j. oximell. ſquillit. ℥ij. liq. C. C. ſuccinat. ʒiß. vini hiſpanic. ℥iß. m. ds. Luſtmixtur öfters ein Löffel voll zu nehmen. dein ℞. ſuccin. alb. ppt. ʒij. milleped. ppt. ℈iv oc. ♋. ppt ʒj. ſacchar. alb. ℈ij, macis gr. vj. m. f. ps. ds. harntreibendes Pulver davon 3 mal Tags eine ſtarcke Meſſerſpitz voll in warmer Brühe zu nehmen. dein ℞. ſuccin. alb. ppt. ♁. ♁nii aa. ʒij. milleped. ppt. ℈iv. lap. ♋. ppt. ʒj. ſacchar. alb. ℈ij. ⊖. ♀. vol. ℈j. macis gr. vj. M. f. ps. ſumatur in juſculo ter de die, quantum largior cultelli cuſpis capit. Subinde loco liq. CC. ſubſtituit. -^-. ⊖✳c. aniſat. et quando reſpiratio evaſit omnino difficilis, ſuaſit

A ℞. The-

℞. Theriac. cœleſt. turbith. min. aa gr. v m. f. pil. no. v. ad humores viſcoſos incidendos præſcripſit ſeq ℞. aq aſthmat ℥j. chærefol. ℥iß. cinamom. ℥iij. acet. ſquillit. ℥j. gummi. ammoniac. ſquillit. ʒij. ſyr. de hyſop. ℥j. ⊖. ſuccin. volat. gr. vj. m. f. potio pro duabus doſibus. quæ mixtura reſpiraſtionem liberiorem reddidit. hinc continuando cum pulvere, ſemper circa noctem mixturam propinavit. cum orthopnæa infeſtaret. ℞. ▽ aſthmat. ℥iß. hyſop. ℥j. oximell. helleborat. min. geſner. ℥ij. ſyr. de hyſop. ℥j. gumm. ammoniac. ʒij. ✢ ʒvj. m. ds. Luſtmixtur öfters ein Löffel voll zu geben. Cum vero conquereretur de dolore circa regionem hepatis, emplaſtrum de nicotiana pro ſcuto hepatico ordinavit. Cum poſt loquelam anxie reſpiraret. ℞. extr. theriac. cœleſt. abſint. aa gr. v. ☿ dulc. gr. xvj. m. f. pil. No. IX. noctu capiendæ. à quibus bene dormivit, et cum levamine purgatus fuit. Cum vero leucophlegmaticus maneret, exhibuit pulverem ex turbith. min. gr. iv. extract. papav. rh. gr. iij. poſt quem ejecit copioſiſſimam aquam cum levamine. Æger ſpem poſuit in conſueta poſt colicam convulſivam potione. ℞. fol. ſenn. elect. ʒij. rhei elect. ℈ij. ſem. coriandr. gr. xv. mann. elect. ℥iß. crem. ♀. ʒß. cum ſ. q. ▽. f. l. a infuſum, colat. leniter expreſſæ, adde ſyr. de cichor. c. rh. ℥j. aq. cinamom. ʒj. m. ds. Dein in reſpiratione difficiliori frequenter

dedit

dedit cochlear ſequentis. ℞. Syr. de hyſop. jujub. aa ℨiß. ⁓. ⊖✱c. anis. ℨiß. ſucc. naſturt. aquat. ℥iij. m. d. s.

Cum his reſpiratio nondum ſatis alleviaretur, hora quavis ſexta pulviſculum dedit: ℞. millep. ppt. ℨj. ♁. ♁nii ℨß. ſacchar. alb. ℈j. m. f. pulv. divid. in iij. doſes æqual. a quibus æger magnum ſolamen percepit. Cum vero circa veſperas ſe febris inſinuaret, et vinum lymphatum cum decocto ſarſæparillæ bibiſſet, ſequens datus fuit potus. ℞. Syr. violar. ℥iß. ⏀ depurat. ℨij. aq. fl. acat. ℥j. m. ds. in eine halbe maaß waſſer zu thun, pro potu ordinario. Cum febris typum intermittentis aſſumpſiſſet. ℞. aq. plantag. ſcorzoner. aa. ℥iß. cinam. ℥j. ♁. diaphor. ℨj. bez. min. ℈j. confect. alkerm. ℨj. Syr. citri ℥iß. m. ds. dein ad febrem prorſus fugandam ſequens electuarium ſæpius expertum dedit. ℞. conſerv. flor. cichor. ℥j. cort. chin. chin. ℨiij. cinamom. ℈j. arcan. duplicat. ℨj. diaphor. ♂l. ℈ij. Syr. de pomis. q. ſ. m. d. omni hora tempore intermiſſionis ad quantitatem N. M. poſt abactam febrem omni mane & veſperi. tinct. chalybis guttas XL. aſſumpſit, ad menſam vero vinum medicatum cui rhabarb. ℨiij. inerant, bibit.

Acad. N. C. ephem. cent. I. & II. obſ. III. p. 13. et ſeq.

Petroleum Napelli antidotum.

Ambram quidem Napelli vim frangere, multi referunt. Prævotius *lib. de venenis* inter antidota contra Napellum refert ambram gryſeam, anthoræ radicem. Item cappar. putamin. gland. moſchum odoratum, lap. bezoar. & muſcas Napelli flores depaſcentes. lap. ſmaragd. Boyle *in philoſ. experiment. exercitat. 5. §. 16. p.* 208. per ⊖. ♀. volat. plerorumque vegetabilium venena, nominatim Napellum, corrigi docet. Petroleum nobile, penetrans, fervidumque reſolutivum eſt, & propterea calidæ naturæ, reſolutivæ ac penetrativæ, et tam per ſe, quam cum oleo ſuccini deſtillato junctum, in affectibus nervorum frigidis paralyticis ac ſpaſmodicis egregium ſe ſiſtit remedium, prout in menſium obſtructionibus & calculo, &c. quod autem Napelli virulentiæ valide reſiſtendi vim habeat, præter alia ſequens comprobat experimentum: ſi ſanguini a ſucco Napelli coagulato affunditur Petroleum, tunc coagulatio ſtatim reſolvitur. Ita docente Matt. Blaw. *Ephem. N. C. cent.* 1. *obſ. IV.*

Febris Icterica chronica cum cardialgia *D. S. Anbornii de Hortwiſs.*

D. Archiater Millerus præmiſſo emetico adhibuit alia ſanguinem & ſuicos corrigentia in forma pulverum, elect. & pilul. plurima ex hauſtu decocti ſpecifici amari ſumen-

ſumenda, tandem etiam ſuccos ex herbis ſcorbuticis expreſſos & alia, verum illis non proficientibus Regium illud antifebrile cortex peruvianus in ſubſtantia & infuſo exhibitus fuit: ſociato anodinorum & ſpecificorum aliorum uſu, morbus devictus fuit, ut per menſes quieſceret, acidulas citra eupathiam bibit. tandem cyathum decocti antiicterici *Lindani* manc bibit. ſub veſperum exhibita fuit doſis pilularum ex croco ♂tis aperitivo cum extract. fumar. & caſtor. paratarum. ad ſymptomatis urgentis ſpaſmi & doloris ferociam mitigandam aqua hyſterico-anodina parata eſt, per intervalla cochleatim exhibenda. dein redeuntibus paroxiſmi dolorifici prodromis decoctum chamomill. vulg. propinatum & clyſma ex eodem cum ℅. chamom. & lumbric. injectum & ventriculo galbanetum impoſitum fuit; cum ⊡ ſpiſſa adhuc mingeretur, & facies profunde flaveſceret, tentatum fuit euporiſtum ex lactis vaccini ablato cremore ℥vj. ſapon. venet. ʒiß. & ſyrup. de marub. ℥ß. potui ordinario infundebantur ſummitat. abſint. marub. alb. vrtic. & ſalv. verum cum his febris tolli non poſſet, unanimis plurium experientiſſimorum medicorum ſententia fuit, *cortice peruviano non fugari ſolum, ſed et deleri atque extingui poſſe fermentum febrile, tantorum cauſam malorum.* paroxiſmus colicus rediens decocti chamomillæ hauſtu placatus fuit; mane vero & ve-

ſperi cort. peruv. ʒß. cum fl. ⊖✱c. ℈ß. in hauſtu decocti prioris dabatur. redeunte dolore cardialgico factæ ſunt inunctiones, injecta clyſmata unctuoſa, interne data opiata, theriacalia, tandem antiſpaſmodica oleoſa. Tumor vtriusque lateris pro hepatis & lienis inflammatione nobis primum impoſuit, vnde quod crebra experientia compertum habemus, Linteamina aceto calente imbuta vtrique tumori admovimus. oleum in colica ſpaſmodica eximii vſus per intervalla in juſculo exhibitum fuit, quod Authorem habet Cl. Brunnerum quondam Archiatrum Palatinum & eſt ſequens. ℞. fl. chamom. vulg. papav. rh. fol. naſturt. aquat. ſummitat. meliſs. rec. a. mß. Lumbr. ▽r. Mix. balſam. peruv. ʒß. vini albi generoſ. ℔ß. ☍. amygd. dulc. ℔j. m. coq. ſimul ad conſumptionem vini, oleum colat. ſervetur, detur quotidie ad ℥j. ad vires reparandas, juxta cremorem hordei maxime analepticum cum carne vitulina & gallina ad mucaginem coctum & quater de die ſorptum, etiam gelatina C. C. parata eſt: ℞. CC. raſpat ℥iiß. fol. meliſſ. veron. betonic. flor. borrag. a mß. ſem. fœnicul. ʒj. coq. in ▽. fontan. ℔jv. ad medias, poſtmodum adde conſerv. roſar. r. ℥iß. paſſul. min. ℥j. bulliant paululum. m. ſervetur uſui & omni mane ac poſt prandium ſumantur duo cochlearia ſuperbibendo cremorem hordei. dein infuſi antiictérici corticis peruviani acceſſione

ne exaltati vſum interpoſitis ſubinde laxantibus commendarunt. ut vero omnis recediva præcaveretur juxta infuſi antiicterici chin. chin. exaltati vſum, alvus ſegnior per epicraſin potiuncula ex ♂. amigd. dulc. & mann. optim. aa ℥iß. decoct. fl. chamom. ℥iv. cujus alias vires in pertinaciſſima colica ſatis deprædicari nequeunt, etiam clyſteribus injectis ſollicitabatur, & hepatis regioni ſpaſmis & dolore non penitus immuni Emplaſtrum Norimbergenſe impoſitum eſt. *Ephem. G. N. C. Cent.* 1. *obſ.* 5. *p.* 32. *& ſeq.*

Hæmorrhagiæ poſt evulſum dentem remedium.

Nucis juglandis particula accenſa & flagrans alveolo dentis extracti indita, niſi ſtatim voto effectus reſpondeat, ſecunda & tertia vice hoc eſt repetendum, & nucleus fortiter alveo imprimendus, quo læſa arteriola tangi & calore ejus conſtringi commode poſſit, ſic ſine vllo excitato dolore, omnis hæmorrhagia in momento ceſſabit. *Ephem. G. N. C. centur.* 1. *obſ. VII. p.* 45.

Raucedinis remedium.

Hauſtus ſeri lactis calentis mane & veſperi ſumendus. *ibid. obſ.* 8. *p.* 46.

Virtus ♁ris ♄nii ☉ti antivenerea.

Antimonium pollet ſpecifice, vt hominem repurget ab omnibus ſordibus. il-

luſtris fœmina contagio venereo infecta ♀. ♁nii ☉to aliquoties ſumpto ſanitati reſtituta fuit. ♀. ♁nii ☉ti granis VI anaticam portionem pulveris ſtomachalis nobilis, ex Mynſichti armamentario confecti, addidi, quam doſin horis matutinis tertia qualibet die, cum decocto aliquo lignorum exhibui. Godofr. Klaunig *Ephem. G. N. C. cent.* 1. *obſ. IX. p.* 46.

Vrinæ difficultas & Teneſmus a venere nimia.

℘. Therebint. ad ℈ß. in *juſculo* datum & exterius lumbis & pectini illitum cum euphoria ſtatim juvit. J. D. Mauchart *Eph. G. N. C. cent.* 1. *obſ. XVI. p.* 66.

Suſpicio purpuræ in Melancholia.

℞. ⊖. volat. CC. ℈ß. ſuccini. ⊕. plat. aa. gr. vij. ♁. nativ. myrrh. r. elect. aa gr. jv. theriac. cœleſt. gr. j. m. d. pro doſi. optime profuit. Gott. Schrœter. *Ephem. G. N. C. cent.* 1. *obſ. XXII. p.* 79.

Fulmine ictorum tractatio

per Conrad. Barthol. Behrens.

Virgini proſtratæ quaſi mortuæ ♎. ⊖✳c. ad nares applicavit, in vitam quaſi revocatæ infudit mixturam ex aquis eſſentiisque apoplecticis cum ♎. ⊖✳c. & caſtoreo acuatis, membris quieti deditis V Snem inſtituit, dein ad motum ſanguinis magis reſtauran-

ſtaurandum pulverem ex ⊖. volat. ſuccin. cran. hum. ſimilibusque exhibuit; exin volatilia cum caſtoreatis per aliquot dies in- & externe continuavit, concedendo ſubinde hauſtum vini generoſi. *Ephem. G. N. C. cent.* 1. *obſ.* 27. *p.* 86.

Dolor mammæ a Scirrho.

Cum glandulam vnam alteramve ſcirrhoſam judicarem, nec adeſſent venæ lividæ & turgidæ cancri ſigna, fotum applicavi ex aq. ſcordii, pini, fumar. calcis vivæ, myrrh. cineribus 69. fluv. calefactum, a quo ſtatim levamen. *C. D. Metzgerus cent.* 1. *obſ.* 37. *p.* 103.

Vomitorii quando in dyſenteria vſus.

Practici inſigniores vomitoriorum vſum in curatione ejus dyſenteriæ ſpeciei propoſuerunt, in qua ſuperiora inteſtina inflammationem non patiuntur, quæque maligna non exiſtit. Scilicet in corpore euſarco, pravæ diætæ asſueto, nulla inflammatione in inteſtinis exiſtente, integrisque adhuc viſceribus. *C. B. Behrens cent.* 1. *obſ.* 38. *p.* 105.

Anaſarca in gravida.

Propinavi purgans ex jalappa & nitro depurato vnde decies fæculentias aquoſas cum euphoria dejecit; interpoſui quædam amara & diuretica, repetii purgans, &

continuavi amaris & diureticis, & plenarie convaluit. M. E. *Ettmullerus cent.* 1. *obſ.* 44. *p.* 112. Lenientia & laxantia in gravidis hydropicis non incongrue primis tribus menſibus propinari poſſunt, modo abſtineamus ab aloe & caſſia, ab illa quidem quia venas reſerat, ab hac vero propter flatulentias, & tormina quæ patrat. *in ſcholio p.* 114.

Motus localis ſecundinarum expulſor.

Variis remediis pellentibus mixturis ex eſſentia caſtorii, myrrh. ſuccin. ♁. ⊖✱ci. vinos. tinct. bezoard. cet. & pulveribus ex borace, myrrha, cinabarinis & aliis probatiſſimis ſine ſucceſſu in vſum vocatis, ſternutatoriis & aliis externis non neglectis; vt de loco in quo quieverat puerpera, in alium locum tolleretur ſuaſor fui, et ſecundinæ ſtatim eliminatæ fuerunt facili & felici ſucceſſu. *J. G. Hoyerus cent.* 1. *obſ.* 51. *p.* 122.

Cardialgia a ſpirituoſis.

Poſt mixturam volatilem ſuborta cardialgia, pulverihus abſorbentibus & diaphoreticis anodinis & diluentibus aquis diſtillatis &c. ſtatim mitigata fuit; qualiter & alia a nimio ♁. CC. vſu excitata ſanata fuit. *id. obſ.* 52. *p.* 123. Poſt largiorem ☍. ſuccini ab empirico propinatam doſin, magnam lactis tepidi cum aqua roſarum mixti copiam ſorbere juſſit, vnde vomitus ſuſcitatus,

cum dein febris remaneret ſuſpicio, pulveres bezoardici, diaphoretici terreſtres cum ♀re anodino malum curarunt. *id. ibid. obſ.* 53. *p.* 124.

Allium probatiſſimum calculi prophylacticum.

Recipiuntur tres, quatuor vel quinque allii particulæ a corticibus exterioribus liberatæ, quæ conſciſſæ, & in cyatho cum ∇. vulgari ad digiti transverſi eminentiam infuſæ, macerantur, quale infuſum poſtquam per 24. horas ſtetit, in ipſo novilunii momento ſimul ac ſemel ebibitur, & omni menſe repetitur. *id. ibid. obſ.* 55. *p.* 126.

Ventriculi & Renum tonus poſt Equiſeti vſum dejectus.

Contra calculum ex Hba equiſeti & baccis juniperi pulvis indies aſſumptus viſcerum & renum & ventriculi tonum dejecit; qui egregie reſtitutus fuit ſedulo vſu eſſentiæ ⊕li ♂tis *Ludov.* cum Tinct. corall. aa. cui interpolabatur pulvis ex ſpec. diatragac. frig. C. C. phil. bez. ♂li, corall. r. antiheƈt. poter. & pulv. anod. cordial. & potiuncula ex aq. plantag. tormentill. cinamom. cydon. zedoar. confect. alkerm. ſyr. cinamom. præterea ſuccolada inda cum lacte chalybeato decocta loco alimenti medicamentoſi cum optato ſucceſſu in vſum vocata. *id. ibid. obſ.* 56. *p.* 127.

Pruritus

Pruritus ſcorbuticus ſanatus.

Expurgato corpore ſemper ſecutum levamen, reiterato catharctico ſubjunxit vſum trifolii fibrini maritatum cum eſſentia lignorum ad plures ſeptimanas continuando. *Pruritus apud ſenes non eſt infrequens affectus et ſatis durabilis NB. requiem nocturnam interturbans, vires NB. tacite abſumens, & tandem NB. maraſmo ſenili concurrente, animæ & corporis amicabilem ſocietatem diſſolvens.* S. Ledelius *cent.* 1. *obſ.* 72. *p.* 144.

Cæcitatis ſubitaneæ curatio.

Poſt gravia inteſtinorum tormina ſuborta præviis aliquot purgantibus longo rhabarbari vſu curata & viſio reſtituta fuit. *M. A. Morus cent.* 1. *obſ.* 78. *p.* 148.

Epilepſia incipiens a crure per localia curata.

Curata eſt adhibito leni catharctico & nonnullis antiepilepticis, præcipue vero ſcarificata fuit ſura, vnde morbi fomes elevebatur, applicataque ibidem duo veſicatoria; *id. ibid. obſ.* 80. *p.* 150.

Genuina & certa arthritidis curatio.

℞. rad. polypod. querni. hermodactyl. chinæ, ſaſſaparill. aa ℥iv. guaiaci ℥vj. minutim conciſa coquuntur cum aquæ ſeptem & vini menſuris duabus & media vin-

debo-

debonenſibus ad quartæ partis conſumptionem. decocti hujus quantum potes bibe cum in manibus, pedibus, vel brachio dolorem ſentis; quo plus bibes eo citius convaleſces. quamvis vltra quatriduum non in vſum veniat, quo tempore omnibus juſculis, lacte & fructibus abſtinebis; nec alio potu præter hunc vteris, è contra variæ ſalubres carnes imprimis aſſæ conducent, die quarto lene laxans adhibeatur. C. B. Behrens *cent.* 1. *obſ.* 81. *p.* 157.

Maniæ curatio.

Fruſtra tentatis vulgaribus curata feliciter fuit crebro vſu florum ♁nii cum ⊖✱c. præparatorum in potu aquæ ſimplicis, & per intervalla adhibito nitro ♁niato cum rad. hellebor. n. & repetita VSne, qua methodo plures rabioſos ſanatos vidit S. Steurlinus *cent.* 1. *obſ.* 84. *p.* 157.

Epilepſiæ cura.

Virgo epileptica ſanata fuit ſola frictione calida ex decocto rutæ cum vino facto. *id. ibid. obſ.* 8[illegible] *p.* 158.

Hydropis aſcitis curatio.

Propinavit in vehiculo calido omni hora ⊖ volatile & fixum puriſſimum; ☿rio fixato vaſa menſenterii ſeroſa & chylifera depuravit per vices. *id. ibid. obſ.* 86.

Epi-

Epithema diſcutiens innoxium.

Cum judicaretur, exulare debere omnia repellentia, nec probarentur cataplaſmata, aut unguenta vel emplaſtra emollientia & ſuppurantia, innoxium tamen eſſe poſſe ſcobis cornu, ex quo pectines formantur, calide applicatæ vſum; eam enim ſcobem ⊖ volatili eſſe prægnantem addebatur. C. de Helwich. *cent.* 1. *obſ.* 87. *p.* 168.

Diureticum.

Porrum ejusque ſuccus potentiſſimum eſt diureticum. *cent.* 1. *obſ.* 95. *p.* 188.

Gravis abdominis abſceſus curatus.

Lucas Schrœckius cataplaſma emolliens ventri impoſuit; interne pulverem ex lap. ♋. ♁nio. diaphor. & cinabar. nativ. cum aq. calid. hbæ veron. dedit. alvi ſegnitiem enemate ex decoct. fol. ſenn. & paſſul. ſolvit; dein interpolavit vſum balſam. copaib. & pro potu ordinario decoctum agrimoniæ cum paſsulis conceſſit, & chirurgus balſamicis injectionibus inſtitit. *cent.* 1. *obſ.* 98. *p.* 202.

Conſilium in affectu convulſivo raro.

Dedit C. B. Behrens ℈j. ps. cornachin. ut primas vias elutriat; pro ſanguinis & ſpirituum motu moderando ſingulo mane ℥ij. ad tres decocti in lecto bibat. ℞. lign. ſaſſafr. ℥iij. rad. chin. ℥ij. rad. pæon. viſci quercin.

quercin. baccar. junip. aa. ℥j. paſſul. maj. ℥j. ſtent in infuſione cum vini tenuioris & aq. fontan. aa. ℔iij, in loco calido per 24 horas, coquatur leniter & ſub finem add. flor. lavendul. ſalv. aa. p. ij. cinamom. acut. ʒiij. ſacchar. q. pl.

Ante prandium vtatur. ℞. Elix. vitæ Matthiol. ℥ß. mixt. ſimpl. ſine camphor. ʒiij. m. d. ſ.

Singulo poſt prandio. ℞. rad. valerian. fol. ſaponar. aa. ℥ß. N. M. ʒj. f. ps. d. in aq. pæon.

Circa alternam noctem cubitum iturus ſumat. laud. op. grj. ſuccin. pp. ℈ß. m.

Spinam doſi, artusque in flexuris inungat diligenter: ℞. ⌒. caſtor. lumbric. aa. ℥ß. ☍ dſt. lavend. ſalv. ſuccin. aa. ʒij. his inſiſtat 4 hebdomadis: poſtea bibat infuſum radicis Niſi. *cent.* 2. *obſ.* 109. *p.* 225.

Remedium ſympatheticum in tertiana.

℞. Carnis bubulæ ℔jß. quam, in ⊡ in paroxiſmo & ſtatim poſt paroxiſmum emiſſa, in olla fictili ſuperimpoſito cooperculo bene tectam coctam cani famelico devorandam projice. Fr. Joel *oper. med. tom. V. Sect.* 11. *p.* 32. recenſet: ⊡ patientis in paroxiſmo projecta & cum farinæ q. ſ. in maſſam redacta, in clibano panis modo cocta, famelico cani maſculo ſi maſculus æger, & fæmellæ ſi fæmina, commedenda præbeatur, reiteretur ter vel quater; & patiens libera-

berabitur a febre. J. G. Hoyerus *cent.* 2. *obſ.* 118. *p.* 244.

Epilepſiam raram.

Exterminavit D. C. Valtherus, præmiſſis vniverſalibus: ſpecif. cephal. M. pulv. epilept. Marchion. corall. r. ♂n. diaphoret. liq. C. C. ſuccinato; eſſent. ſuccin. caſtor. Tr. corall. antiſcorb. pæon. it. ♒. extern. ſc. ♒. paſſer. alaud. ardeæ &c. *cent.* 2. *obſ.* 119. *p.* 245.

Remedium in hæmorrhoidibus qua fluentibus, qua dolentibus.

Deprehendit, quod ſcrophularia, telephium, chelidonium minus & millefolium præ aliis talia ſint, quæ hoc malum cicurare & exſtirpare valent; commodiſſimus eorum vſus in decocto, ea cum toto minutim conciſa in aq. inſtar hbæ thee decoquere, cum tantillo ſacchari omni mane ad ℥viij. ſorbillare, & per duos menſes continuare ſolet. M. Gerbezius *cent.* 2. *obſ.* 131. *p.* 265.

Cura cachexiæ cum ſubſequa tertiana & iſchuria.

Primum dedit elixir ſtomachale ⊖ volat. ℞ſo aromat. & ♒. cochlear. nuptum ad 30 guttas; ei alternis vicibus ſubſtituendum ſuaſit infuſum inſtar theæ ſorbillandum ex rad. chin. gramin. ſarſæparill. bardan. liquir.

iquir. ſcob.l ign. ſaſſafr. baccis junip. caſs. lign. cort. winteran. ſantal. citrin. viſc. quern. ſem. badean. & paſſulis majoribus exacinatis. Sub finem prandii buccellam panis vino muſcat. vel canariens. inebriatam & hora 5ta pomeridiana pilulas XV ex extr. trifol. fibrin. gentian. lign. aloes. caſtor. croc. ♁n ♂ti rad. ari cruda, milleped. ⊖ volat. ſuccin. ♁ nativ. & ♁nii cum balſam. peruv. & 🝆 cinamom. mac. menth. caryophillor. deſtillatorum aliquot guttulis, pond. gr. j. efformatas porrexit. Per intervalla enema emolliens injici curavit. Corpus pilulis Bontii cum ☿ dulc. & troch. alhand. purgavit. tumori pedum pediluvio ex aq. ferrariorum, cui fol. ror. mar. betonic. ſalv. chamæpit. rutæ, flor. chamom. ſambuc. ſerpil. ♀. ⦶. & O incocta fuerunt, conſuluit. cum ob vitium diætæ tertiana incideret, & hanc dolor nephriticus cum iſchuria exciperet, adhibita fuerunt: decoctum Foreſti. infuſum theæ cum baccis junip. emuls. nephro-catharct. Schrœderi, coloſtrum terebinthinatum, ⊖ vol. 🝆ſum cum ligno ſasſafras paratum cet. ps. teſtar. ovi calcin. oc. 69 ⊖ volat. ſuccin. ʒʒ nativ. ſperm. cet. & alii pluveres lithontriptici. enemata emollientia & carminativa. ſacculi & cataplaſmata ex. hba chærefol. matricar. malv. parietar. mercurial. flor. chamom. rom. bacc. junip. alkekeng. ſem. dauc. anis. petroſelin. lini, fænugræc. in lacte coctis. Renum regioni

admota linimenta ex vngt. de alth. 🜔 amigd. dulc. ſcorpion. lumbric. 🜄r. petrol. alb. cum 🜔 deſtillatis ſuccin. junip. terebint. ror. marin. carv. aniſi confecta, ſuccoque cæparum expreſſo admixto attenuata; dein ſubjuncta emulſio ex amigd. dulc. nucl. perſic. cum aq. ceraſor &c. J. M. Hoffman. *cent.* 2. *obſ.* 134. *p.* 269.

Antipeſtilentialia.

In initio nondum enervata natura fuere oppoſita in robuſtioribus Tr. bezoard. M. ab 80 vſque ad 150 gutt. in ✢ bezoard. debilioribus vero & infantibus eſſentia ex rad. alexipharm. & ſcord. vt & pro re nata diaſcord. Frac. ps. pannon. r. bezoard. ſennert. &c. In bubonibus curandis admodum laudatur maſſa placentarum mellitarum empl. diachyl. cum gumm. magneticum Angeli Salæ cet. in anthracis cura eadem extolluntur. In præſervatione pro ſuffitu commendatur pulvis pyrius, item balſam. vitæ & ſuccin. rad. pimpinell. angel. cort. citr. ⊙r. non adimitur laus theriac. diaſcord. Frac. vinis Medicatis &c. primum autem fere locum obtinet, ℞. aloes ℥j. agaric. ʒij. myrrh. r. zedoar. angelic. carlin. an ʒj. fol. ſenn. ʒiß theriac. ʒj. mſc. incis. contus. affundatur 🜅 frument. q. ſ. digere in loco calido, de quo omni mane cochlear. aſſumendum. C. de Helwich. *obſ.* 143. *p.* 297. Verum dubitandum num hæc remedia fidem

fidem ſervent. *Vt vt eſt Dei permiſſu hactenus præfata ſcientiæ amplitudo, ſecuritas curandi peſtem evanuit . . . . placuit igitur Deo veram & exquiſitam peſtis ſanationem & præcautionem vna cum Hippocrate obdormiviſſe, van Helmont. in tumul. peſt. C. 1. p.* 211.

Die neun geweſte i. e. pulvis ad promovenda lochia muliercularum Vratislavienſium.

Fit ex zzber. cinamom. croc. cardamom. gran. paradis. piper. long. caſtor. myrrh. & ſem. fœnicul. m. f. ps.

Febris intermittens maligna.

In his febribus noxia fuerunt emetica, & purgantia draſtica, alexipharmaca & bezoardici pulveres cum ⊕, non neglectis humectantibus & analepticis, ſacra fuerunt anchora. ſub declinationem paroxiſmi exhibita fuit eſſentia ex ſcordio, & rad. alexipharm. hora ante paroxiſmum datus fuit pulv. bezoard. cum ⊕. de Helwich *cent.* 2. *obſ.* 163. *p.* 332.

Aſthmaticorum ſalus in veſicatoriis.

G. Klaunig ad ægros aſthmate modo humoroſo, modo convulſivo vexatos vocatus, & ad ſenes quandoque grandævos, qui fruſtra pectoralibus vſi fuerant, non amplius attendens ſanguinis diatheſes, pro-

miſcue ob analogiam ad veſicatoria ſuris applicanda confugit, & nunquam non invenit ſalutem. *L. C. obſ.* 164. *p.* 333. *vid.* Hippocr. *L.* 2. *progn.* 67. Capivaccius *prax. med. lib.* 2. *c.* 2.

Hydrops ſanatus.

J. Lanzoni dedit quotidie aq. ononid. ℔j ♀ ⊖ dulc. ℈j. inde aquam villenſem cum ſucco limonum. Huic alius medicus narravit, ſe puellam aſciticam curaſſe ope ſucc. herb. cochlear. ad ℥j. quovis mane dati, cui additæ fuerunt gut. IX ♀ calcanti. *cent.* 2. *obſ.* 181. *p.* 386.

Tartarus ⊕latus Tachenii.

℞. cineres clavellatos puros, ſolve aq. pura, affunde ſolutionem ⊕li ſive ♀rei ſive ♂lis. ſub æquali portione, præcipitabitur metallum ſub forma croci, ſaturationem deprehendes, ſi parum hujus liquoris filtres, eique parum ſolut. ciner. clavell. affundes, & nulla amplius effervеſcentia vel turbatio obſervetur. tum filtra tuum liquorem, & ad cuticulæ apparentiam inſpiſſa, in loco frigido Xtallos exſpecta, & habebis ♀rum ⊖latum purum, nitidum, qui commendari poteſt præ cæteris hujus generis ſalibus mediis. *volum.* 1. *cent.* 2. *obſ.* 188.

♂lium ſelectus.

Eſſentia ⊕li ♂tis ſ͛ſata Ludovici videtur inter remedia ♂lia lenioris, ſecurioris,

ris, & certioris operationis eſſe, præſertim in infantum atrophicis affectibus, vbi cachectica corporis adeſt diſpoſitio, abdomen tumidum, durum, facies pallida, conſumptio corporis, calor p. n. intercurrens &c.

In conſiſtentia ſicca eſt crocus ♂tis ♀re ſolutus, ejusdem cum eſſentia energiæ & vſus. *ibid. obſ.* 199. *p.* 407.

Remedia in cataracta & glaucomate.

Joanni Zachariæ Fürſt (qui vivens celebris cluebat practicus & in publico litterario per eruditas obſervationes ephemeridibus G. N. C. inſertas, libello in 1610 impreſſo ſub rubrica *dialogus hygiaſticus* alioque ſub ficto nomine *Trewillands gewiſſenloſe Juden - Doctor* meditatumque ſuum *Æolum microcoſmicum* cujus MStum flammæ Gallicæ anno 1688 in obſidione Confluentina devorarunt, innotuit) in Archiatratus Treverici officio ſucceſſit Cl. D. *Joannes Crafto Hiegel*, Moguntinus, vir facetus, doctus & curioſus, ex eo memorabilis, quod vivens curioſum collegerit mirophylacium, tam in re nummiſmatica, & artificiali, naturali, picturis &c. quod æque quam omnia alia ſibi acquiſita bona, ad aliquot florenorum millia pretio aſcendentia, per teſtamentum pauperibus Confluentinis reliquit, præter alia poſſedit copioſam litterariam ſupellectilem, in collectaniis ſcriptis, correſpondentiis, epiſtolis, conſiliis &c. verum teſtamenti executores hæc vere pretioſa chartacea collectanea aliquot corbes adimplentia, non ſine ſummo meo dolore imo excandeſcentia, igni tradiderunt; relicta bibliotheca per ſubhaſtationem meis adſcripta fuit; inveni in hac nonnulla MSta, in quibus a ſe frequenter probata (erat enim ſenex practicus ob ſingularem diagnoſios notitiam præprimis celebris) & experta remedia ſibi

uſua-

uſualia conſignavit, quæ patriotis meis, & curioſo publico invidere nolui.

Aqua antiapoplectica.

℞. fl. lil. convall. rec. ſalv. herb. menth. cr. a ℥ij ruth. ℥ß fl. lavend. ℥ij comar. abſint. ℥ß herb. ror. marin. ℥ij N. M. caryophil. aromat. cinamom. acut. granor. paradis. aa ℥ij macer. rad. zedoar. aa ℥j cort. ☉r. ℥ß piper. ſem. coriandr. aa ℥j ſachar. alb. ℥ij zibeth. gr. jv. cubebar. cardamom. a. ℥ij V rhenan. menſur. iij m. infundatur per menſem dein Ωtur, ⌒ reponatur ad uſum d. s. uſus mane & veſperi cochl. ß. interne contra apoplexiam, vertiginem, cephalalgiam, fœtorem oris, odontalgiam & ſimiles affectus &c. externe membra paralytica hoc illiniri poſſunt. *Anno* 1706 *hanc compoſitionem a vicecolonello Dno* de Tecklenbourg *obtinuit, & in uſum traxit, in partium atonia, laxitate, temperamento phlegmatico, ſeroſo, ſenili non erit citra effectum, prudenter flores & herbæ ponderantur, taliter enim repetito labore idem odor, idem ſapor ut ſemper emergat neceſſe eſt, qui cum manipuli varient, facile quoque differt; quod ii imprimis notent, qui iſtiuſmodi aquas cephalicas ac odoras venales exponunt.*

Mixtura antiaſtmatica.

℞. fl. 🜹 ⊖ ♀ aa ʒj flor. benzoe ſtorac. calamit. a ʒiß gumm. galban. elect.

℈ ß ſucc. liquir. rad. enul. aron. ariſtoloch. rot. aa ʒvj ſem. fœnicul. ʒij infunde in 🜄 ℔j ſtet in digeſtione poſtea exprimatur, iterum affund. 🜄 ℥viij denuo digeratur, exprimatur, expreſſioni conjunge & adde in 🜄 aſthmat. ℥iij ſacchar. ſolut. ℥vj m. ſumatur omni veſperi & mane cochlear.

Clyſter in dyſenteria.

℞. ſeri lactis caprill. ℥viij ſucci plantag. ℥j mucilag. ſem. cydon. ℥ß vitell. ovor. No. j. ds.

Clyſter extemporaneus certiſſimus.

℞. 🜄 calid. ℥x 🜔 commun. ℥ij m. ſolv. & applica.

Collyrium in ophthalmia.

℞. 🜄 fœnicul. roſar. euphras. valerian. a ℥j croc. metall. ℈ß margarit. ppt. ʒß croc. or. camph. a gr. v. mellis roſar. ʒj m. ds. öfters etliche tropfen ins aug zu thun und nachts mit tüchern aufzuſchlagen.

Globuli carminativi.

℞. ſem. cumin. cinerum lign. fagi 🜔 commi. ad q. pl. farinæ optimæ ad pond. pulv. cum felle vaccino & vitell. ovi f. glob. ad placitam magnitudinem, qui ante uſum 🝆 oliv. vel butyro illinantur, dein applicentur.

Pulvis

Pulvis antihydropicus expertiſſimus.

℞ bufon. in ciner. combuſt. ℥ij milleped. ppt. ʒß ⊖ ♀ gr. xv. lap. 69. pulv. ℈ij ſacchar. canor. ʒß ☍ caryophil. ſuccin. aa gr. iij m. f. pulv. divid. in 2 dos. d. mane & veſperi in ▽ petroſelin. deſperatis hydropicis aquas per ⊡ eduxiſſe ſubjungit. *Bufo non modo horridum, ſed quoque dum vivit venenatum animal eſt, quod ⊡ herbas inficit contagio & maligno miaſmate homines lædit. vid.* König Regn. animal. artic. 8. §. 5. p. 169, *a mortuo & exſiccato vix malum pertimeſcendum, me olim ſuſpenſa & timida manu ejus pulverem ad pauca grana dediſſe, nullo inde obſervato effectu* a ʒß ℈ij ad ℥j *ſed ſimiliter absque ullo motu me aſcendiſſe recordor, hinc modo extra uſum poſui; largiter ingreditur Electuar. hydropicum, quod in* diſpenſatorio Viennenſi p. 65. *deſcribitur, quod in aſcite, hydrope & conſimilibus obſtructionibus mirandi effectus eſſe deprædicatur, num vero à combuſto bufonum pulvere ſeu cinere peculiaris effectus diureticus prudenter exſpectari poſſit, tanto magis dubito, cum ⊖ cauſtica animalium aut inſectorum non ſoleant fixari aut ignis torturam ſuſtinere.*

Pulvis antinephriticus.

℞. ſachari + ſquillitico aliquoties imbuti & exſiccati ℥iv lap. 69. ppt. ℥iij ⊖ abſint. geniſt. aa ʒiß dein adde ☍ junip.

 tere-

terebint. a ℨj 🝆 ſuccin. ℨß m. d. bis vel ter mane in ſeptimana ſumatur ℈j.

Ptiſana regia.

℞. fol. ſenn. ℥j 🜿 xt. ℨiij ſem. coriandr. ℨiß pomor. citr. No. j. m. infundatur in 🜄 fontan. frig. mens. j. d. *Galli quoque frequenter utuntur & appellant ptiſane Royale.*

Tinctura odontalgica.

℞. cinamom. elect. caryophill. N. M. cubebar. galang. turbit. maſtich. aa ℥j rad. pyrethr. ℥iv zinziber. ℥iiiß camphor. ſem. hyoſciam. aa ℥j 🜅 optim. ℔jv. opii. q. pl. m. ſtet in digeſtione & ſervetur uſui.

Unguentum contra malum noli me tangere.

℞. gumm. elem. ℨiv reſin. ℥ij ſolutis adde pulv. rad. ariſtoloch. long. ℥iß balſam. indic. ℥ß m. f. l. a. empl. d. s.

Unguentum ad membra frigore tacta.

℞. ſevi cervin. ℥j axung. taxi unguent. de alth. vel anodin. aa ℥ß 🝆 amigd. dulc. ℨiij 🝆 chamom. melilot. verbaſc. aa ℨj m. d. s. vel ℞. 🝆 petr. vol. rubr. ℨiij 🜅 camphor. ℥j therebint. ℨvj m. d. s.

Pilulæ Becherianæ.

℞. extr. abſint. cochlear. CB. aa ℥ß fumar. hellebor. n. rhabarb. trifol. fibr. aa

℥ij gumm. ſandarac. heder. myrrh. elect. aa ℥v aloes roſat. terebint. venet. a ℥iij m. f. pil. gr. j. pond. d. s. *innumeræ ſub hac rubrica circumferuntur deſcriptiones, nam vix pharmacopæus eſt, qui non genuinam imo arcanam ſe poſſidere gloriatur; caveant itaque medici, ne promiſcue præſcribant, ſed cauti prius indagent, quænam in hac vel illa pharmacia proſtet compoſitio.* Joan. Chriſt. Fritſchius Archiater Saxo-Vinarienſis *ſpecialem* Anno 1728 *de his pilulis edidit diſſertationem compoſitionem occultans, multa glorioſe, & vane de illis jactitat; ſcio pulchrum & diffuſum eorum eſſe uſum, ſed artificem requirunt, verum erubeo, cum lego tantum bonum (ſi preces veritati nitantur) ſolius lucri cauſa occultari, & ſub morborum jugo ingemiſcentibus invideri.*

Contra quartanam probatiſſimum.

℞. cort. peruvian. ℥iß rad. gentian. lign. ſaſſafr. colubrin. fl. cent. min. aa ℥iij ⊖ ♀ centaur. min. a ʒj m. f. pulv. ſubtiliſſ. ds. pulver in eine gläſerne flaſche zu thun $2\frac{1}{2}$ maas weiſſen wein darauf zu gieſſen, und wohl umgerüttelt alle fünf ſtund einen löffel voll davon zu trincken.

Amuletum ophthalmicum.

℞. rad. valerian. ſylv. ℥ß rad. ſuccis. caryophillat. aa ʒij recenter incis. imponantur ſacculo ſerico ſuſpendatur de collo,

 mane

mane & veſperi hoc ſacculo oculi abſtergantur.

Dolor dentium.

℞. euphorb. ʒij ▽r. ſigillat. ʒvj lacc. in globul. qs. pro tinctura ds. pulver davon etwas in die naſe zu ziehen.

℞. ♎ ⊖ ♀r. ⊕ aa ʒß opii thebaici. ℈j m. d. goſſypio illinitur denti dolenti, & ſtatim ſi urat linteolo madente abſtergitur, in momento tollit odontalgiam. timeo vero ne dens carioſus fiat & cad t.

Icterus.

℞. croc. pulv. ℈ß vitell. ovor. No. j. ✝ cochlear. ij m. ſumatur mane tribus ſucceſſive diebus. *memini aliquem empyricum hoc euporiſto plures etiam a medicis derelictos feliciter curaſſe.*

Mixtura ad aphthas infantum.

℞. ▽ prunell. ſalv. plantag. roſar. r. aa ℥j ♈ lacc. opt. ʒiß ♎ cochlear. ʒß ⊕l. de cypr. alum. uſt. ⊕ a ʒj ſachar. ♄n. ℈ij mell. roſar. rob. diamor. aa ℥j m.

Morſuli ad ſodam.

℞. corall. r. ppt. ℈j C. C. uſt. ℈ij lap. 69. ppt. ʒj boli armen. ℈ivß cretæ coloniens. ℥iß cinamom. acut. ʒj lign. aloes ℈ß ſachar. alb. in ▽ roſar. ſolut. ℥ix m. f. l. a. trochiſci.

Pulvis

Pulvis febrilis niger expertus.

℞. rad. zinzib. toſt. ⊕ ppt. aa q. pl. prævio emetico detur ℥ß ante vel in ipſo paroxiſmo & ſic ternis vicibus continuando. NB. rad. zinzib. integra imponitur crucibulo, torretur uſque dum non amplius fumat & tum pulveriſatur. *An pulvis hic ſecundum rubricam ſit ſemper ſervaturus fidem, experientia nec periculoſa nec temeraria docere poterit; illuſtres matronæ ante aliquot annos in intermittentibus ut arcanum porrigebant pulverem cuculi cum plumis combuſti aut toſti, qui ſæpius profuiſſe obſervatus fuit.*

In meliceride remedium probatum.

℞. albi græci favorum melle carentium, ſem. lini aa. coque in ▽ roſar. ad conſiſtentiam cataplaſmatis, quod inſtar emplaſtri linteo vel corio inducitur & applicatur.

Vinum hydropicum.

℞. rad. ir. florent. ℥ij enul. ſquill. aa ℥ß cort. ſambuc. ebul. aa ℥j winteran. ʒij fol. ſenn. ℥ij agaric. alb. rad. hellebor. r. jalapp. aa ʒij vini alb. ℔jv. ſtet in infuſione d. mane ℥iv.

Pulvis phthiſeos præſervatorius.

℞. rad. ir. flor. ℥ß liquir. ʒij fl. ♀ ʒiß antiheſt. Poter. gumm. tragacant. arabic. aa ʒij croc. or. ℈ß mac. cinamom. aa ʒiß ☍

 anis.

anis. ℈j ſachar. ad pond. omnium. m. d. s.

Lues venerea.

In *MSt habet ſequentia.* Curatio luis venereæ, qua chirurgus caſtrenſis varios ad miraculum ſanavit: ℞. ☿ ſublimat. ʒj 🜄 fontan. ℥x aa ℥xij ſimplici digeſtione ſolvatur & filtretur liquor limpidiſſimus qui croco tingi poteſt, hujus liquoris exhibe quotidie guttas 10. 20. 30. ad 60. cum cochlearibus duobus 🜄æ ſimplicis, inde ſputare ſolent ſimplici exſputatione per 1. vel 2. horas. ℞. rad. ſarſæparill. ℥iij chin. ℥j liquir. ℥ß cort. lign. guaiac. ℥j raſur. ligni ejusdem ℥ß ♁ crudi in petia ligati ℔j coque in menſuris jv. 🜄æ ad remanentiam menſur. iß, doſis ℥viij ſudando ſemel in die. reſiduum denuo coque in mens. jv. pro potu ordinario. *Recentiores* ☿ *♎tum in* 🜄 *vel ♎ frumenti ſolutum exhibent*, de quo ill. van Swieten *perhibet & fidem facit*; *quod pondus grani dimidii* ☿ *♎ti in* ℥*j ſimplicis ♎ frumenti ſoluti, ſi veſperi pariter & mane unum aut duo cochlearia hujus ♎ aſſumantur, illud eſſe quod luem veneream, cancrumque ipſum exulante omni ſalivatione* NB. *certiſſime debellet. Calculum addit* Cl. Anton. de Haen profeſſor Vindebonenſis. vid. *ejusdem* ratio medendi in Noſocomio practico cap. IX. p. 150. *ſcribens:* ☿ ♎ti cum ♎ *frumenti uſum, quem ab* ill. Dno van Swieten

ten *didici, audax laudare & commendare auſim in lue venerea, in deſperatiſſimis bujus tyrannici morbi reliquiis, ad oculos, ad veſicam, ad uretbram, ad fauces & ſpecie artbritidis aut immobilitatis ad articulos.*

Plurima ab expertiſſimis & celeberrimis olim practicis frequenti uſu probata aut deliteſcunt, aut ignorantur, aut vilipenduntur; a quibus tamen in cauta & circumſpectu praxi (ſi nempe cum judicio applicentur) idem ut olim certo exſpectandus eſt effectus; cumque ab *homine exigatur, ut proſit hominibus, ſi fieri poteſt plurimis, ſin minus paucis, ſi adhuc minus proximis ſaltim & ſibi*, non nullas formulas in manuſcriptis repertas & commendatas his ſubjungo.

Specificum in febribus intermittentibus.

℞. ⊖ polychr. e ♀r. & ⊕ ppti rhabarb. pſat aa. gr. xv. mds. fieberpulver alle 3 ſtund 1 zu nehmen, ſi febris rebellior ſit reiteretur. ſuccedit diarrhœa cum febris emanſione. *Non proletarius bujus pulveris eſt effectus, plures enim intermittentes præprimis tertianas bilioſas absque omni recidiva feliciter ſuperatas eſſe frequenter expertus fui.*

Elixir antihydropicum.

℞. rad. bryon. vincetoxic. aa ℥iß jalap. ℥ij mechoacan. alb. ℥j rhaphan. ruſtican.

can. recent. agaric. albis. aa ℥x rad. rub. tinct. ir. florent. aa ℥ß herb. trifol. fibrin. centaur. min. flor. geniſt. cyani aa. mj myrrh. r. gumm. ammoniac. a ℥ij millepod. lumbric. 🜄r. aa ℥ß cort. median. rad. ſambuc. ℥j winteran. ℥iß 🜔 ♀ ✳c. aa ℥ß 🜅 qs. ſtent in digeſtione. de hac ℞a dentur omni bihorio duo cochlearia. *In illis quibus dura ſunt meſſorum ilia, nec ulla interna viſcerum labes latet, ſed ſola anaſarca aut leucophlegmatia corpus deformat, præſentaneam adferre ſolet opem, quod me olim uſus docuit.* Ita *mulierem Hollandam non infimæ proſapiæ novi, quæ infuſo* ex rad. rhabarb. jalapp. fol. ſenn. aloes elect. aa ℥j herb. abſint. mij in octo cantharis vini facto, & de die *ſæpius propinato vitro plures hydropico-leucophlegmaticos ſanavit.*

Emplaſtrum antifebrile.

℞. gumm. ammoniac. in 🜊 ſolut. ℥iß empl. de tabac. ℥ij picis Burgund. ℥j camphor. ℈ij 🝆 hypericon. qs. f. l. a. empl. hoc emplaſtro in dorſo geſtato per 15. tertianas & quartanas annuas abactus fuiſſe fidem certam facit MStum. Lentilio ſequens familiare eſt.

℞. rad. zzber. fuligin. ſplendent. 🜔 culinar. aa vitell. ovor. qs. extendatur ſuper alutam, utriusque carpi arteriis imponatur, & omni nycthemero renovetur. *Ego ſoleo adhuc addere largiter camphoram,*

nec

nec abſque effectu eſſe obſervatur præcipue in tenerioribus.

Oleum divinum Fallopii ad paralyſin.

℞. terebint. opt. ℔j 🜕 laurin. ℥ij m. dein ℞. gumm. galban. elem. aa ℥vj heder. thuris maſcul. lign. aloes a ℥ij maſtich. ℥ß myrrh. aloes optim. ladan. caſtor. a ʒiij m. contrita cum ſuperioribus mox ℞. galang. caryophil. aromat. N. M. cinamom. zedoar. cubebar. aa ℥ß diptam. conſolid. min. a ʒiij m. infundantur per triduum in 🜄 ℥vj, dein omnia ſimul miſceantur, & deſtillentur ex vaſe vitreo, prodit primo humor aqueus, dein luteus oleoſus, & denique ſubnigricans, parum ab hoc differt oleum Hiſpanicum aut Gennenſe, & oleum balſami Petri Aponenſis. *vid.* Welſchius *Hecatoſt.* 2. *obſ.* 88.

Elixirium ſtomachicum.

℞. ſem. cardamom. min. ℥ij angelic. ℥ß cort. lign. ſaſſafr. ℥j winteran. ℥ß myrrh. r. cum ♎⊖✳c. ſubact. rhabarb. cum ♎ ⊖✳c. ſubact. ſem. anis. granor. cherm. cort. citr. aa ℥j 🜄 q. s. ♃ croc. ℥j m. f. l. a. elix. ds. *Hoc elixirium tanquam arcanum ſervatum, venditum & in magno uſu fuiſſe recordor, in certis enim Hollandiæ urbibus a Caffee & Theæ amatoribus omni mane hauriebatur, & ut inſigne ſtomachicum deprædicabatur.*

Elixir antinephriticum.

℞. lumbric. 🜃r. recent. & vivor. ℔j herb. ſalv. roris. marin. aa. mij lign. ſaſſafr. ℥j 🜄 ℔vij m. deſtilletur. l. a. ex veſica. dein in 🝒 abſtracto diſſolve ſapon. venet. qs. tumque coletur, & iterum in eo diſſolve balſam. peruvian. n. copaib. aa. qs. m. l. a. ſervetur uſui. *In celebri Bataviæ emporio ante triginta annos hujus tincturæ, in calculo renum, colica nephritica & alia frequens isque non inanis fuit uſus.*

Pulvis epilepticus Friderici Hoffmanni.

℞. ſecundin. human. pulv. lumbr. 🜃r. a ʒij dent. hipopotam. lap. manat. ungul. alc. corall. r. ppt. ♁ nativ. aa ʒß 🝆 ror. marin. meliſſ. turcic. ad gt. iij m. f. pulv. d. bis de die ℈ij in 🜄 fl. tiliæ. cet.

Pilulæ Beccheri.

℞. extract. ſcord. millefol. angelic. rhabarb. hellebor. n. aloes ſuccotrin. aa ʒj ſucc. cochlear. expreſſ. & inſpiſſat. ʒij pulv. myrrh. r. ſuccin. alb. rad. pimpinell. alb. gentian. r. aa ℈j ♀ ⊖lat. ⊕ depurat. aa ʒiß 🜍 ♀r. qs. m. f. pil. ds. *poſtquam Stabliana ſcholæ hæmorrhoidalem fluxum tam utilem, tam neceſſarium plenis buccis deprædicavit, tota fere praxis medica abuſive non ſine ingenti plurimorum Clinicorum damno in hunc finem*

ſinem directa fuit: in omni fere morbo clamatur: Hæmorrhoides, pilulæ Becheri. Stahlii &c. Magnus *aulæ cujusdam* Miniſter *æthiologiam hanc nimis communem pertæſus, medicum frivole huic ſyſtemati inhærentem explodebat, dicendo; ſe credere*, quod ſi Eſſedarius Rhedam fregerit, medicos hæmorrhoides accuſaturos; *olim omnis ex academiis adhuc calens iuvenis medicus arcanam harum pilularum ſæpius abſurdarum circumferebat compoſitionem, qua ſe miracula præſtare poſſe ſibi faſtuoſe abblandiebatur, aſt in praxeos exercitio ſe deluſum pro quoties dolebat. Errant autem communiter practici ſi in formulis ſuis peregre transmittendis maſſ. pilul. Becheri deſignant; compoſitio enim nulla catholica eſt, quælibet enim urbs, imo fere quivis medicus & pharmacopæus aliam ſibi ſervat compoſitionem, quæ cum magnopere inter ſe differant, aut extemporaneam compoſitionem ſcribere, vel ſaltem compoſitionis authorem ſpecialem annectere oportet, alias nec tute, nec caute proceditur.*

Pilulæ aliæ Becheri.

℞. extr. cochlear. fumar. centaur. min. card. benedict. hellebor. n. a ʒij gumm. heder. ʒv gumm. junip. ʒij myrrh. r. ʒiij aloes correct. ℥ß ſuccin. alb. ppr. terebint. venet. a ʒij m. f. pil.

Compoſitio hæc in pharmacopoliis Confluentinis paſſim proſtat, quam iam dudum introduxit meus in archiatratus officio digniſſi-

digniſſimus prædeceſſor Clmus Dnus Paulus Antonius Welz Reverendiſſimi & Eminentiſſimi Archiepiſcopi Electoris Trevirenſis conſiliarius aulicus & archiater primarius, vir annis gravis, & multa experientia dum viveret illuſtris. *Innumeræ apud authores proſtant formulæ.* Kleinius in ſelectu medicamentorum p. 166. *diffuſam communicat*, Frauendorffer in tabula ſmaragdina *alias deſcribit.*

Electuarium antifebrile.

℞. lign. colubrin. tenuiſſime pulveriſat. ʒij rad. gentian. imperator. aa ʒj cort. peruvian. ʒiij extr. card. benedict. cortic. fraxin ad ℈ij lign. ſaſſafr. ʒß camphor. gr. xv. ⊖✳c. ʒj ☍ cort. ⊙r. genuini. ℈j ol. caryophil. gt. xij. mell. depurat. qs. m. f. l. a. elect. d. s. *Electuarium hoc in frequenti & fere arcano uſu habuit felix quondam hic Confluentiæ practicus* D. Jacobus Metzen M. D. Trevirenſis, *meus quondam fidiſſimus & cariſſimus ſtudiorum commilito, quem prævmatura fata* 1729 *mundo eripuerunt.*

Potio contra quartanam.

℞. aſæ fœtid. ʒj ſolv. in ✝ qs. d. pro doſi aliquoties repetenda. *Rebellis morbus eſt quartana, exquiſitiſſimis ſæpius non cedens remediis, multoties therapeiam per corticem peruvianum reſpuens, hanc ego in praxi mea ſolius ſed repetito aſæ fœtidæ uſu ut pluri-*

plurimum in pilulari forma (quoniam ſolutionis ingratus odor patientibus gravior eſſe ſolet, quam ut ferant) crebro feliciter citra recidivam aut ullam malam ſequelam abegi ſuperavique. Ex^mus^ Buchnerus in fundament. mater. med. part. 2. clas. 9. ſect. 3. §. 6. p. 627. ſcribit: *quod aſa fœtida gaudeat inſigni virtute reſolvente, diſcutiente, antiſpaſmodica, abſtergente & antihelmintica; obſtructiones hepatis, lienis & meſenterii potenter reſolvat.* ergo. etcet.

Unguentum reſolvens ad mammarum duritiem.

℞. farin. fabar. hordei aa. mj ſem. lin. fœnugræc. a mß croc. ℈j 🜇 roſar. ℥iij m. f. l. a. ungt. calide applicandum.

▽ ♆ cœrulea Rulandi.

Fac ebullire ▽am, injice ♆, ebulliant in aheno, filtrentur, injiciatur tantum 🜨-li ut ▽a cœreleſcat. Hac mira praeſtari dicuntur in ambuſtis, gangrænis, eryſipelate, ſcabie, fiſtulis, tumore affectis membris, ſæpe per diem calide linteis applicata; Rulandus nonnunquam addidit extractum ceruſſæ cum ⚹ & fit lac.

Odontalgicum arcanum Rulandi.

℞. rad. pyrethr. tormentill. ſem. ſtaphisagriæ. papav. alb. plantag. aa ʒiij cort. rad. hyoſciam. ʒiß opii thebaic ʒj

 coq.

coq. in vin. & acet. aa. percola & colat. fiat gargarizatio.

Otalgicum arcanum Rulandi ad affectus auditus, ſurditatem, tinnitum &c.

℞. baccar. junip. laur. caſtor. fl. lavend. aa q. pl. cum fermentata panis maſſa miſceatur, coquatur in furno ut decet, & dein in duas diviſa partes applicetur auribus quam calidiſſime. Dein ℞. alcohol. ♎ vini part. iij axungiæ ſerpentis part. j. in clauſo vitro digere aliquoties agitando, donec uniantur, dein fac balneum & æger collo tenus inſideat, quo diutius eo melius, ſed antequam æger balneum intret, auri affectæ imponatur & applicetur ſupra deſcripta medicina bene mixta, & auris goſſypio claudatur, qua methodo per novem dies continuandum, Idem *tanquam probatum extollit* ℞. ♎ ⊡ ∀ alcoliſat. aa. doſis gt. iij omni die ſemel auri inſtillentur & continuetur per octiduum.

Atramentum optimæ notæ.

℞. ✝ vini optimi ℔ ij ▽ pluvialis ℔xiij ebulliant & haud cunctanter ſuperfunde ⊕li leniter calcinati aut potius poſt deſpumationem exſiccati ℔ß, ſtent in loco calido per 24 horas, poſtea adde gallarum turcicarum immaturarum, groſſo modo contuſarum ℔ j ℥iv. ſtent interum per aliquot dies ſæpius baculo ligneo agitando,

tando, poſtea adde gumm. arab. ℥v & habebis atramentum nulli obnoxium corruptioni, & graculo nigrius. *Atramentum hoc in Ephemer.* G. N. C. decur. 3. ann. 5. & 6. *deſcribitur.* Cum *omnia convenientia requiſita habeat, commendationem meretur, quia nunquam lenteſcit, vappeſcit, ſitum contrahit, aut a charta tranſmittitur, ſed immutabile corvo nigrius perſeverat.*

Balſamus ſulphuris Rulandi.

℞. fl. 🜍r. ℥j 🜍 lini ℔j m. moderato & lento igne ſolve l. a. *Plures hujus balſami circumferuntur deſcriptiones, alii* 🜍 *rapar. vel nucum, alii amigd. dulc. vel olivarum ſumunt, alii adhuc alia admiſcent, & multam præparationis encheiriſin deſcribunt.* vid. diſpenſator. Pragens. Boyle in exercit. de utilitat. philoſoph. experiment. exercit. 5. §. 18. p. 235. & in addit. §. 36. p. 407. & ſeq. In variis morbis a Rulando balſamus hic eſt adhibitus, anodynum eſt inſigne, maturativum ac digeſtivum in vulneribus partium nervoſarum, diſcutit enim atque reſolvit, digerit, ac ulcera mundificat, dolores quoque mitigat, præcipue autem ad ambuſta conducit, auribus inditus dolores earundem tollere perhibetur. *Conſiliarius intimus de K. balſamum hunc pro arcano per traditionem, in familia ſua diu ſervavit, gratisque ægrotantibus, phthiſicis obtulit; tandem celebri hujati practico* D.

Andr. Pauli chirurgo caſtrenſi *revelavit*, *quo dein in tuſſi phthiſica ſæpius cum inſigni euphoria uſus fuit, poſſem & ego de ſpeciali energia multas obſervationes annectere, niſi deſideratus obſtaret laconiſmus.*

Emplaſtrum ad tumores duros genuum.

℞. gumm. euphorb. ℥ij ammoniac. ℥j rad. pyrethr. ⊖ culinar. aa ℥ij oliban. maſtich. tut. ppt. aa ℥j picis naval. ℥iij terebint. venet. ceræ aa ℥j m. f. l. a. empl. ds. *dicitur* das capuciner pflaſter, *cum penes ipſos in multo ſit uſu, ob tumores quos in genubus a continuo in genua procubitu contrahunt. Potens autem eſt reſolvens, at in tenerioribus cutem erodit.*

Elixirium balſamicum Fr. Hoffmanni.

℞. extr. card. bened. centaur. min. aa ʒij cort. ☉r. recent. peruviani aa ℥ß myrrh. elect. caryophill. aromat. aa ʒij croc. auſtrac. ʒj ⊖ ♀ ℥ß m. his ſpeciebus affundatur vinum Tockavienſe vel vinum Hiſpanicum, digeratur in cucurbita: poſtea decantetur: *Kleinius* in ſelectu rationali medicamin. *formulam ſequentem communicat:* ℞. cort. ☉r. recent. in mortario marmoreo in pulpam contus. ℥iß extr. C. B. centaur. min. gentian. r. cort. caſcarill. ▽ſi myrrh. ▽ſi aa ʒij arcani ♀r. ʒiij vel ℥ß m. digere cum vino Hungarico vel Hiſpanico dos.

gt.

gt. 60. ad 100. *Inſigne conſtituit tonico-ſtomachicum, putredini ſimul reſiſtens, quod inter practicos bujates olim in quotidiano erat uſu, cumque ▽æ ſoteriæ bibebantur vix aliud ſtomachicum præſcribebatur, verum & medici novitatibus delectari videntur, nam modo fere oblivioni traditum, & vix aliud vulgariter præſcribitur, quam ſtomachicum temperatum Viennenſe, quod ex parte cum priori convenit, fitque* ex extract. abſint. C. B. centaur. min. gentian. r. ⊖ ♀ aa ℥ß flav. cort. ☉r. ℥ij & vini Hungarici ℔ij m. d. s. *In quibusdam pharmaciis illud proſtat, quod Fraundorfferus* in tabul. ſmaragd. p. 143. p. 218. *deſcribit, quod a prioribus magnopere diſcrepat. ſcilicet.* ℞. herb. ſcord. miij fl. centaur. min. mj myrrh. elect. ℥ß croc. ʒj ſuccin. zedoar. nuciſt. aa ʒiij lign. aloes ʒiß cort. ☉r. ℥ß ☍ cardamom. caryophil. aa ♌t. ℈ß ∀ ♀ſat. mens. j. ⊖✳c. ℥j m. f. extract. *ſua quidem laude non defraudandum, verum prioribus cautius ſumendum eſſe ratio docet, notent hinc practici, ut diſcant & ſe mature informent, quam normam pharmacopœi ſequantur; ne deludantur, ægris noceant, quid pro quo accipiant.*

Antidyſentericum Bertrandi.

℞. rad. hipecacuan. mirabolanor. citr. rhabarb. opt. a ʒj ſem. tordily. ʒß mf. pulv. detur a ℈j ad ℈iß omni mane per triduum in vino rubro. *Dein* ℞. cort. chin. chin

ʒiß ▽r. ſigillat. ʒj ſem. plantag. a ʒiß N. M. No. j. rad. contrajerv. tormentill. biſtort. aa ʒj m. f. pulv. ſubtiliſſ. d. ʒß pro doſi. vel m. cum conſerv. roſar. r. ℥iij & d. omni quadrihorio ad magnitudinem N. M. *ratione corticis peruviani* vid. J. H. a Schoven unter einem unerfahrnen leibmedico glücklich curirte Prinz durch das pharmacum ſpecificum.

Balſamus Auguſtanus.

℞. terebint. venet. ℔j ☍ laurin. ℥iv cinam. ℥iv caryophil. ℥j gumm. heder. ℥ij galban. ℥ij lign. aloes. ℥iij rad. galang. zedoar. aa ℥ij cardamom. cubebar. aa ℥j liquir. ℥ij zzber. alb. ℥j maſtich. ℥ij oliban. ℥iß ir. flor. ℥ij ſem. anis. fœnicul. a ℥ij ſuccin. alb. ℥iij fol. ſenn. ℥ij rhabarb. ℥j rad. coſolid. maj. ℥iv ▽ rectificat. amphor. vj ſtent in digeſtione per triduum. dein ♌tur lento △ ex ∴ : *Hanc compoſitionem* Sereniſſimus Princeps & Dnus FRANCISCVS LVDOVICVS *glorioſæ memoriæ* Archiepiſcopus & Elector Trevirenſis &c. *centum imperialibus redemit; mihi vero ejusdem* D. Archiater Ledergerwe p. m. *communicavit.* Sequentis *vero tanquam genuinæ deſcriptionis me participem fecit D. Matth. Cramer Cameræ Conſiliarius & pharmacopæus aulicus Trevirenſis.* ℞. cinamom. opt. ℥j rad. zedoar. ʒx zinziber. galang. min. aa ʒß M. M. caryophil. aromat. coſt.

ver.

ver. lign. aloes aa ℥j gumm. benzoes ℥ß oliban. ℥ij ſtyrac. ℥j aloes hepat. ℥iß myrrh. r. ʒij galban. gumm. heder. rad. conſolid. rec. aa ℥iß ☋ laurin. ℥ij terebint. venet. ℔j 🜄 rectificat. mens. iij. menſura autem pendeat. ℥xl. Ωtur l. a. ex B. M. *Peſſime fit, ſi in formulis amphoræ non pondera notentur, aut ſi pretium rei ſignetur, menſuræ enim hic magnæ, alibi minores ſunt, hic vili, alius magno vendit pretio, hinc incerta ſemper doſis & proportio, quæ per ponderis ſignaturam ubique æqualis conſtituitur.*

Pulvis antiphthiſicus.

℞. pulmon. vulpis. fl. bellid. min. aa ʒv herb. tuſſilag. ℥viiß rad. helen. herb. pyrol. aa ℥v v[illegible]nic. ℥x viſc. pyri ℥xv herb. pulmonar. ʒx ſalv. ℥xv m. f. pulv. d. s. de hoc pulvere ſine vehiculo omni mane ſumatur, quantum duo cuſpides cultri capiunt, deſuper jejunando per bihorium. *Nobilis quædam familia hanc compoſitionem in pretio & arcano habet, multos ſpecioſos effectus de eo narrans circa primum ingrediens.* vid. Helmontius tract. furens pleura p. m. 382. §. 30. ſimilia multa experta recenſentur ab Authoribus, inter alios ab Alex. Schamsky in prompt. medic. pract. p. 643. & ſeq. *Aſt vereor, ne fidem ſervent:* phthiſis enim vera pulmonalis aut non agnoſcitur aut non curatur. *Hujus genuinam therapeiam huc uſque nondum detectam eſſe do-*

 leo,

leo, quo plus enim infarciuntur, eo citius pereunt. ſed de hoc alibi.

Spiritus odoratus pretioſus.

℞. lign. ſantal. omnium rhodii aa ℥j caryophill. aromat. N. M. cinamom. macer. cardamom. cubebar. zinzib. piper. n. & long. galang. zedoar. angelic. ir. flor. oſtruc. aa ʒij flor. lavend. ʒvj anth. ʒiij ſem. carui ʒij coriandr. ℥ij eruc. ℥j agn. caſti. abel moſch. lingu. avis. aa ʒj ♎ anth. ℥xij lil. convall. ℥iv formic. menſur. ij m. ♌. l. a. ♎ d. s. *Spirituum odoriferorum ingens proſtat copia, & ſub varia rubrica ex Galliis ad nos venales deferuntur, qui etiam ex eo magis odoriferi & grati eſſe ſolent, quoniam* ∇, *quem adhibent,* [illegible] *iate eſt temperatior nec empireuma redolet. præcedentem compoſitionem* illuſtriſſimæ Dnæ Comitiſſæ de Limborg Styrum natæ Comitiſſæ de Schönborn *meæ per viginti aliquot annos clinicæ transmiſit* D. Arnoldus Timmerman Profeſſor Duisburgenſis, *noſter quoque dum viveret amicus ſingularis. odore gratus, & ſumme penetrans, refocillansque eſt ſpiritus.*

Unguentum ophthalmicum.

℞. ſacchar. ♄n. ʒij margarit. ppt. ʒij ℈ij tut. ppt. ℥j aloes ſuccotrin. ℈ij camphor. ℈iv boli armen. ℈viij axung ſerpent. ℈j butyr. rec. ℥ij m. f. l. a. ungt. *proſtat in pharmaciis noſtratibus ſub rubrica:* Canzlers

ſalbe

ſalbe *quod ſub felici regimine glorioſæ memoriæ Electoris* Joannis Hugonis magnus Cancellarius de *Sobler introduxit, ut qui multa lectione ſcriptione & lucubrationibus nocturnis acquiſitam ſuffuſionem ſibimetipſi curavit; dein amore proximi publicum fecit. Experientia docet, quod non proletarius, ſi recenter præparetur (butyrum enim ranceſcens corroſivum evadit) ab eo exſpectandus ſit effectus modo hic in vulgus abunde notus, cæterum ego ſequens uſu repetito mihi valde probatum magni æſtimo.*

Unguentum ophthalmicum Weisbachii.

℞. tut. ppt. ℥j corall. r. ppt. camphor. ſacchar. ♄ni aa ʒß nihil. alb. ʒij virid. æris. gr. xij. m. cum butyr. majali illot. ℥iv m. ds. ante quietem nocturnam oculis magnitudine piſi immittitur. vid. Nenteri *fundament. medico-pract. lib.* 2. *tab.* 38. *p.* 237. hujus collyrii elogia quoque vid. in Junckeri *conſpect. medicin. theoret. pract. tab.* 24. *p.* 211.

Balſamum tranquillum.

℞. fol. ſolani racemoſi, ſolani furioſi, ſolani officinar. hyoſciam. nicotian. cap. papav. alb. aa mij fol. ror. mar. ſalv. rutæ, abſint. hyſop. tanacet. perſicar. ſummitat. lavendul. thymi flor. ſambuc. hypericon. aa mß. omnia mixta & contuſa infun-

dantur & macerentur calide per 12 horas in 🜖 olivar. ℔viij, bufon. No. viij, dein coquantur omnia igne lento ad humiditatis aquoſæ conſumptionem, coletur cum expreſſione D. S. & ſervetur uſui *Compoſitionem hanc in uſum introduxit, & multa laudabilia prædicata de effectu prodigioſo paregorico narrat* Cl. Dnus Petr. Theod. *Leveling* Conſil. Aulic. & Medicinæ profeſſor publicus in atheneo Treverico &c.

Mania poſt profundam melancholiam.

Repititis vicibus alternis ſcilicet diebus, quater dabantur ♀ emetic. gr. vj. in thea aut juſculo diſſoluta, cumque morbus non ceſſaret de hebdomana ſemel aut bis repetebatur (*felicioris enim eventus emetica quam purgantia eſſe ſolent.*) dein non neglecta (ſi patiens diſponi poſſit) phlebotomia omni die in potu ordinario ℥j ⊕ disſolvebatur (*quod egregie ſanguinis fervorem compeſcit*) in juſculis herb. anagallid. mj (*non* enim nauſeoſi vel ingrati eſt ſaporis) aut recentis aut etiam exſiccatæ flore phœnicio decoquebatur, capiti raſo cucupha lanea 🜍 CC. impraegnata imponebatur, de die ſæpius madefaciendum, qui 🜍 quoque fronti linteis duplicatis alligabatur. Verum cum maniaci rariſſime bona exequantur conſilia, & genuinæ ſe accommodent therapeiæ, in eo ſemper medicum eſſe oportet, ut talia ordinet, quæ patiente non adverten-

vertente ſubminiſtrari & ab ipſo aſſumi queant; hinc aqua 🜃 ſanctæ Rulandi indies ab ℥iv ad ℥v. tempore & modo opportuno propinandæ (quæ aqua cum fere inſipida ſit, facile ſi patiens ſitiat, aut bibere affectet, ſubſtitui & dari poteſt) hujus aquæ vires & effectus cum forte paucis innoteſcant, nec ad omnium manus ſit *Rulandi* theſaurus medicus, Lectori forte non ingratum opus præſtabo, ſi ea ſubnectam, quæ de energia hujus aquæ recenſentur in *Rulandi* theſauro medico, qui annexus eſt *Spindleri* obſervationibus medicis a *Raygero* Francofurt. 1691. editis. *p.* 151. Terra ſancta nihil aliud eſt, quam vitrum ♁nii absque omni additione præparatum & pulveriſatum, perfectior autem calcinatio fit, ſi ♁nii parti addatur pars ⊖is, & commiſta ſecundum artem pulveriſentur, poſtea in vitrum fundantur ut eſt artis. *p.* 141. ℞. 🜃r. ſanctæ ſubtiliſſime pulveriſatæ ʒj affunde ▽ fontan. ℔xij bulliant ſimul ad lentum igrem ad menſuræ unius ſive partis tertiæ conſumptionem, & inter coquendum ſæpius agitentur, removeantur ab igne & reſervetur aqua cum T. S. in lagena vitrea in loco frigido. Obiter nota aquam hanc in vaſis metallinis corrumpi, orificium lagenæ ne occludatur veſica ſuilla, nam tetrum odorem concipit, ſed tantum cera flava. ▽ hæc ſemper clara permanet inſtar ▽æ fontanæ, colore, ſapore & alia

& alia omni qualitate. Si vis uti cave agitetur, ſed clariſſimum pedetentim defunde. doſis cuidam quinque annorum exhibetur ab ℥ß ad ℥j 10. annorum ab ℥j ad ℥iß 13. 14. ann. ℥ij 16. an. ℥iij 20. ad 40. ann. ℥iv vel ℥v a 40. ad 70. ann. ℥viij aliquando plures urgente ſiti, dedi ſanis ad ℔j pro una vice, uſus in omni morbo, ſexu, ætate, tempore, ſed melius jejune, præparantibus additur, datur calide & frigide per plures dies continuos uſque ad ſufficientem evacuationem & morbi remiſſionem, datur mane & hora una ante cœnam, admiſcetur etiam vino & cereviſiæ vel ▽æ mulſæ, vel cibis, poteſt etiam exinde fieri juſculum, edulcoratur cum ſaccharo, vel conveniente ſyrupo, dedi etiam poſt cibum urgente neceſſitate, ſi ſæpius datur multum purgat alvo, vomitu, ſudore, & ⊡nam quoque movet. Hoc longe tempore obſervavi, quod morbos etiam ſanet, ſi aliquoties reiteretur, etſi non purget per os & vomitum; purgat prima vice parum, ſed ſecunda, tertia, quarta multum, quandoque tardius & poſt diem, ſed ſemper ſine moleſtia, ægroti affirmant, qui hanc bibunt ▽am, penetrare ipſis quaſi totum corpus, aperire omnes obſtructiones, expellit quæ ſunt noxia vel per vomitum, vel per alvum, vel per ſudorem, vel per ⊡nam, vel per expectorationem. Conſanguineus meus *Jacobus Rulandus* apothecarius

rius ſcribit mihi ſe hac ▽a ad ℥iij quotidie uſum fuiſſe tempore peſtis præſervativi loco, & ſe ſemper melius leviusque ſenſiſſe.

Mixtura reſolvens.

℞. ▽ cerefol. ſambuc. aa ℥iij ✲ ℥iß lap. 69. ppt. chel. 69. ppt. aa ʒij croc. auſtriac. ʒß N. M. pſat. ʒj mds. d. omni trihorio duo cochlearia *huic mixturæ affatim & copioſe ſuperbibendum eſſe decoctum vel etiam infuſum theiforme herbæ bellid. min. & rutæ murariæ docuit manuſcriptum quod proavus meus s. v. d. Hildeſienſis Saxo in libro domeſtico notavit, & ut expertum vix fallens commendavit in caſu, cum poſt calorem vel æſtum incauti patientes potum frigidum ingurgitarunt, & inde ægrotarunt, quanta enim mala, quamque ſontici & graves morbi, ſtaſes inflammatoriæ &c. a potu frigido calenti corpori imprudenter infuſo inſtantanee ſuſcitari ſoleant, non ſolum practicis ſed expertæ plebi pro dolor nimium innoteſcit; ego in iſtiuſmodi caſibus frequentiſſime uſus fui & fere ſemper laudabilem, quem ſperaveram effectum obſervavi, ut proin patriotis meis invidere noluerim, ſed potius commendem.*

Elixir ſalutis.

℞. fol. ſenn. s. s. ℥iß lign. ſanct. raſpat. rad. enul. liquirit. ſem. anis. coriand. carui aa ℥j paſſul. maj. exac. ℥iv m. concis. affund. 🜄 menſur. iß ponatur ad digeſtionem.

nem. Dein ℞. ▽ fontan. ℔iß ſacchar. alb. ℥vj m. ſolut. affunde ſuperiori elix. dein coletur. d. s. & ſervetur uſui. *Nullo quidem modo hæc ut aliæ plures compoſitiones ad cenſum arcanorum referenda eſt; hujus enim modo meminit* pharmacopæa Bateana p. 41, quæ ab aliis adhuc ⊖ ♀ rhabarb. & ſcammon. *addi narrat*; *in noſtras autem pharmacias & felicem ſummeque laudabilem uſum introduxit* Exmus Dnus de *Saylern quondam* glorioſæ memoriæ Electoris Treverici FRANCISCI GEORGII Archiater, *nunc* Sereniſſimi Electoris Palatini Conſiliarius intimus & Archiater primarius, Fautor & amicus noſter æſtumatiſſimus. *Hujates ob diætam vinoſam draſtica non facile ferunt; reperiuntur porro multi de alvo ſemper deſidi conquerentes, illis hujus elixirii uſus frequens ſemper obſervatur ſaluberrimus, quin corpus ſenſim diſponit, ut absque ſtimulo tandm ſpontanee ſuo fungatur officio*, huic *non cedit, & fortaſſis adhuc elegantius cenſeri ac ad libitum foliis ſennæ acuari poteſt ſequens, quod magnæ Abollæ viro in frequenti coque ſalutari eſt uſu.*

Elixir ſtomachico - aperitivum.

℞. rhabarb. elect. liquir. ras. a ℥ij ſem. anis. ſtellat. extract. cichor. aa ℥j zibebar. exacinat. No. LX. cort. pomi. ⊖r. recent. No. j. ⊕ depurat. ʒiij cort. citr. recent. ℥ß m. concis. affund. vini Hiſpanic. ℔ij

℔ij 🜄 optim. ℥iv m. digere in loco calido ſervetur uſui.

Manuluvium vulgo handwaſch.

℞. amigdalar. amarar. furfurum tritic. a ℔j farin. phaſeolor. alb. ℔ß ſacchar. alb. ℥ij camphor. ℥ß ol. ſem. cucum. ſem. melon. aa ʒj m. & teratur in porphyr. d. s. ſervetur uſui. *Medico Anglo in acceptis fert illuſtriſſima quædam Comitiſſa, quæ quotidiano uſu manuum teneritudinem & albedinem eleganter conſervat. Communiter dicitur:* camphora per nares caſtrat odore mares. *Hujus adagii veritatem confirmavit & quaſi jurando ſancivit famulus cubicularius, qui mihi ſæpius narravit, ſe poſtquam camphoram & mixturam hanc diutius manibus tractavit, ſemper notabilem & quidem multis diebus non ſanabilem in ſe obſervare impotentiam, quod repetitis vicibus ſe ſtudioſe obſervaſſe affirmat.*

Pilulæ antidyſentericæ.

℞. extract. 🜄r. catech. biſtort. angelic. calami aromat. millefol. cort. granat. flor. balauſt. roſar. r. tormentill. zedoar. croc. myrrh. rhabarb. ſcord. contrajerv. opii aa ʒij ℈ N. M. ʒiij ol. junip. ʒij macis ℞t. ʒj m. Parentur ſingula extracta recenter, cuncta vero probe miſceantur & redigantur in maſſam fiant exinde pilul. pond. gr. vij. quæ doſis præmiſſis & ſi opus repetito rhabarbaro toſto ſingulis ſex vel

vel octo horis repetenda. Maſſa integra eſt aſſervanda in veſica porcina ol. junip. obducta. *Quanta commoda ab alma ſocietate Jeſu in orbem chriſtianum redundarint, notius eſt ex hiſtoria, ut egeat dilucidatione, quantum reipublicæ litterariæ profuerit, innumera docent volumina in omni fere ſcibili diligenter & judicioſe conſcripta, imo ad forum medicum ſpecialiter & copioſe ſuum ſymbolum contulit, huic* ſocietati *præcipue debemus tam ſalubrem tamque neceſſarium corticem peruvianum* (in primis temporibus per eminentiam pulvis patrum dictus) *ut absque eo medicum agere difficile, ne dicam fere turpe foret, cum frequentes & rebelles febres ſine hoc vix domari queant, & quidquid ogganniant* hujus divini *remedii oſores & obtrectatores malevoli, tacite tamen & ipſi ad hanc anchoram confugere coguntur, cum ſe inanibus conatibus deluſos vident & lugent, ita tam laborioſis & pro ſalute humana ſollicitis & indefeſſis patribus S. I. multas alias præclaras inventiones & optima remedia debemus. In collegio Colonienſi, quod pulcherrima & pretioſiſſima inſtructum eſt pharmacia* (quam ante aliquot annos gaudens & admirans perluſtravi) *pilulæ hucusque adhuc arcanæ contra dyſenteriam præparantur, de quibus jam dudum & ſæpius ingentem quantitatem ad plures exercitus contagioſo & doloroſo hoc morbo infectos transmiſſam atque effectum ſaluberrimum fuiſſe audivi; cum vero arcana patefacta ſæpius vileſcere*

ſcere obſerventur, *eo ex motivo* Patres *compoſitionem celaſſe auguror; diarrhœa dyſenterica* 1753 laboravit Cl. Dnus Klunckhard Rmi Capituli cathedralis Spirenſis medicus ordinarius, noſter dum viveret amicus & fautor ſingularis, *hunc ut in litteris* 3tio 7bris 1753 *ad me datis refert*, *inviſit* R. P. Staudinger, Collegii Spirenſis tum temporis Rector, *qui ſuaſit ut de maſſa pilulari antidyſenterica ſumeret*, *cujus uſu ſe ipſum ab omni medico derelictum*, *& pro conclamato habitum his feliciter reſtitutum fuiſſe aſſeveravit; amici ſinceri dictis fidens maſſam ſumit*, *quietem & effectum ſperatum mox ſentit*, *& continuato uſu reconvaleſcit; caſualiter* Manheimio Spiram *veniens* Cl. Dn. Walck auliater Palatinus *amicum ægrotum ſimiliter inviſit*, *qui accepta prævia informatione harum pilularum uſum non duntaxat commendavit*, *laudavit*, *ſed ſe quondam eodem remedio curatum fuiſſe affirmavit*, *atque artificioſe expiſcatam & obtentam deſcriptionem ægroto Klunckhardo fideliter communicavit*, *cui ego eam in acceptis fero*, *ac diutius publico invidere nolui. Si enim cum judicio practico in uſum prudentem non mere empiricum trahatur*, *quin ſecundus effectus ſperandus ſit nullus ambigo*, *quem ſubſequa experientia confirmabit. In ſchedulis impreſſis hujus remedii commendatitiis circa obſervandam diætam neceſſaria adnectuntur monita cuivis practico nota*, *dein adhuc adjuvantia præſcribuntur remedia*, *utpote con-*

 tra

tra tormina doloroſa ventris topica : ℞. cruſt. panis contus. in vino rubro ad pultis formam coctam. adde N. M. pſat. No. j. cinamom. ʒj theriac. Androm. ʒiij m. & calide abdomini applicetur, vel ℞. fol. querc. q.pl. impleantur duo ſacculi, coquantur in lacte atque alternative abdomini calide imponantur. ad leniendum teneſmum ℞. fl. verbaſc. chamomill. roſar. r. herb. plantagin. furfur. tritic. aa mij O ℥ß m. coq. in 2 part. vini rubri & una parte aceti, & in ſacculis calide dolenti loco applicentur, dein axung. cervi in 🝆 rapar. ſolut. turundis applicetur, & fiat ſuffimigium ex colophon. ʒij maſtich. rad. tormentill. aa ʒj m. d. s. Cum in ſeptembri 1759 Moguntiam celeri nuntio vocatus illuſtrem dyſentericam curandam ſuſciperem; Illmus Dnus Comes de S. . hanc ipſam pilularum formulam hactenus in arcanis habitam monſtrabat, quibus ſe ante aliquot annos ex hæmorrhagia dyſenterica ſontice laborantem atque a medicis pro conclamato habitum, & dein adhibitis ſequentibus pulveribus brevi & feliciſſime curatum lætus narrabat.

℞. raſur. priap. cet. ʒß pulv. rad. alth. roſar. r. aa ℈j ſpec. diatrag. frig. ℈ij camphor. gr. jv. m. f. pulv. divid. in jv. part. æq. dentur per diem cum lacte calido ℞. rad. alth. roſar. r. bol. armen. 🜃 japon lap. 69. ppt. C. C. phil. ppt. a gr. xv. ſpec dia-

diatrag. frigid. ʒiß camphor. gr. viij m. f. pulv. divid. in vj. part. æq. d. s. morgens und abends 1 mit milch zu nehmen.

Lapis vulnerarius Gallis pierre vulneraire dictus.

℞. limat. ♂tis lap. hæmat. aa ſubtiliſſime pulveriſat. ℥iij crem. ♀ ℥vj m. f. paſta cum vino, digere, exſicca, repete aliquoties hanc ſolutionem & digeſtionem, donec ferrum non amplius appareat, dein pulveriſetur & adde gumm. maſtich. croc. auſtriac. aa pſat. ℥ß porro in vino diſſolve aloes & myrrh. r. a ℥j; hac ſolutione inroretur pulvis, atque in lagena affunde vini ad eminentiam quatuor digitorum, pone ad digeſtionem, crebrius move, dein fiat evaporatio lenis uſque ad ſiccitatem, iterum pulveriſetur, ac cum 🜄 fiat paſta & globuli blande exſiccandi. *In Galliis frequentiſſimus globulorum horum* (bulle d'aſcie) *martialium eſt uſus, quorum ingentem copiam Carthuſia Argentinenſis annuatim aliorſum tranſmittit.* Habent pulchram virtutem vulnerariam, macerantur in vino, vel 🜄 aut ⊡, qua diſſolutione vulnera lavantur, vel etiam in profundiora mediante ſyringa fit injectio; in hæmorrhagiis ipſe pulvis vel ejus ſolutio duplicatis linteis applicatur, omnique nychtemero fit renovatio; eodem modo in ulceribus pro

ceditur, quæ prompte exſiccat, conſolidat, & cicatricem inducit *vid.* Geoffroy *traite de la matiere medicale tom.* 1. *p.* 70. *Le Mort* in chymia ſimplicem communicat compoſitionem, quam noſtratibus pharmacopoliis introduxi. ℞. limat. ♂t. ſubtiliſſime tritæ. ♀ albiſſ. crud. aa part. æq. ▽ pluvial. qs. ut inde formari poſſint globuli, quos in ſole exſiccatos in clibano una cum pane excoquito, de novo in pulverem conterito, & cum ▽ pluvia denuo in globulos formato, iterumque in clibano excoquito, hanc operationem repetendo, quo uſque ♂tem in quovis liquore ſolubilem experiaris &c. globuli hi filo ſuſpenſi, ſi ▽æ immitantur, eam corrigunt, brunno imo diutius detenti nigro colore tingunt, in affectione hypochondriaca, ſplenetica, atonia viſcerum, & omni affectu, in quo ♂lia indicantur pulcherrimi eſt effectus, nec ingrati ſaporis.

Mixtura reſolvens.

℞. rob. ſambuc. pulp. tamarind. aa ℥ß ⊕ ʒj m. d. cum bono hauſtu ſeri lactis omni mane per aliquot tempus. Cl. Antonius de Haen primarius in univerſitate Vindebonnenſi profeſſor poſt pulchrum & ingenioſum de polyporum generatione diſcurſum; hanc mixturam ſe omni mane, & etiam veſperi & tum addito leni paregorico per ſeſqui menſem dediſſe, & hocce

reme-

remedio ſaponaceo-antiphlogiſtico ab imminente poſt animi deliquia &c. &c. polypo curatos lætum ſalutaſſe narrat. vid. *method. medend. in Noſocom. part.* 3. *c.* 7. *p.* 127.

Strumarum & ſcrophularum remedium.

℞. nihili alb. ℥iv oſſ. ſepiæ, putamin. ovor. aa ℥ij panni ſcarlatini ℥iß mixta vaſe clauſo comburantur, redigantur in pulverem. Doſis pro adulto gr. xviij bis de die, ea quidem lege, ut ipſo in plenilunio purgans phlegmagogum ſumatur, & ſequentibus ſex diebus duodecim pulveres aſſumantur, dum interea loca tumida probe fricentur. Hocce remedium Dn. *Greg.* Menſurati apud Græcenſes quondam cebris profeſſor Cl. de Haen communicavit, eoque ſe plurimos in *Styria* & *Carinthia* (ubi *ſtrumæ morbum endemicum conſtituunt*) curaſſe aſſeveravit, & prima doſi quosdam curatos perſcripſit, quibus vero malum non multum, aut non integre ademptum, his altero plenilunio, tertio, quartove eandem repetendam methodum eſſe; ſed ſtyras raro eam ad tertiam vicem indigere. Fecit & hujus experimenti cum optato effectu periculum Exmus de Haen *vid. lib. cit. C. XI. p.* 190. Æthiologiam *ſubticet* Cl. communicator *& ſi compoſitionis ingredientia ad lapidem lydium revocentur, fortaſſis fa-*

teri oportebit: multa fieri, quia fiunt. *Quorum vero ratio adhuc latet & latebit diu.*

Antinephriticum egregium.

De uva urſina affirmari oportet, optimum remedium eſſe in renum, veſicæque morbis dum calculus aut adeſſe noſcitur, aut ſui ſaltem ſuſpicionem facit; in iſchuria in mictu cruento, in dolore ex calculo &c. datur omni mane hujus plantæ pulveris ʒß & per menſes continuatur, quo ſe mira effeciſſe fidem facit Cl. de Haen *lib. cit. cap.* 12. *p.* 196. *& ſeq.* ut uva urſi, ita ſapo venetus, cum ▽ ♃cis pluribus profuit, ſed non niſi copioſe, ita calculoſo cum ſingulari euphoria a menſe novembri uſque ad junium quotidie ℥j ſaponis veneti cum aq. ♃ & lactis aa ℔ iv data egregie profuit; ægerque ſumpſit ℔ xvij ſaponis & 1500 ℔ ▽æ ♃ & 1500 ℔ lactis. *id. ibid. p.* 207.

Antivenereum.

☿ ſublimatus corroſivus cum 🜋 frumenti datus eſt remedium incomparabile. In ℔j 🜋 grana ſex ſolvuntur, danturque ejus duo de die cochlearia: aliquando ſi videmus hominem id bene ferre, pertinaxque ſit malum, ter imo quater de die, ea lege, ut vel decocti alicujus emollientis, altheæ, bardanæ, imo ſæpe ▽æ puræ ℔ ij vel iij totidemque lactis quotidie abſumat, & omni quarto mane purgetur quinque

pilulis

pilulis compoſitis ex maſſ. pil. extract. cathol. gr. x. ſcammon. & reſin. gialap. a gr. v. ♀ qs. mſpil. No. v. tutius, blandiusque purgans in quovis temperamento non datur in chronicis morbis. Vix credibile eſt, quantus hominum numerus hac methodo tam a venereis, quam a multis aliis chronicis malis, reſtituatur & ſanus conſervetur. *id. ib. p.* 209.

Febrium malignarum cura.

En ergo quid inveni, *ſcribit* Exmus Dnus Ant. de Haen. *Method. medend. part.* 3. *c.* 1. *p.* 39. Alimenta ex avenæ vel hordei decocto diluto, aut ſi ex jure carnium, ſaltem cremor ♀r. aut citrei ſuccus multum adjunctus eſt. Subinde poma, pyra, prunaque cocta; panis his additum tantillum, potus decoctum hordei mellitum, aut hydrogala cum melle, aut etiam blande emulſa, copia autem omnium horum potuum ſemper ingens danda, lenia paregorica emulſis addita ſæpe, & ſemper bis, ter, quater nychthemeri ſpatio doſis ejus largior data. *Cortex peruvianus* vel declarante ſe malignitate aliquandiu poſt eruptionem exanthematum, vel cum ipſa exanthematum eruptione, vel etiam ante eruptionem eorum, vel ab ipſo morbi principio illico ſummo cum effectu datus eſt. Tandem ſi nimia tuſſis ſibi relinquenda non videretur, oximel ſquilliticum, chermes

